BIBLIOTHECA
ABB. S. JOANNIS BAPT.
COLLEGEVILLE, MINN.
No. 112321

REGVLA SANCTISSIMI PATRIS NOSTRI BENEDICTI:

cum declarationibus editis a patribus congregationis Casinensis p directione ⁊ conseruatione regularis obseruantię ⁊ salubris regiminis dictę congregationis.

✠

~~Jn monasterio s. Benedicti de Sanguineto.~~

~~1591~~

Tabula Capitulorum.

DE generibus uel uita monachorꝫ. Cap.i.
Qualis debeat esse Abbas Cap.ii.
De adhibendis ad consiliũ fratribus Cap.iii.
Quæ sunt instrumenta bonorꝫ operum. Cap.iiii.
De obedientia discipulorum Cap.v.
De taciturnitate. Cap.vi.
De humilitate. Cap.vii.
De officiis diuinis in noctibus. Cap.viii.
Quot psalmi dicẽdi sũt ĩ nocturnis horis. Ca.ix.
Qualr ęstatis tpe agat nocturna laus. Cap.x.
Qualiter dñicis diebus uigiliæ agant. Cap.xi.
Qualr matutinorꝫ solẽnitas agat. Cap.xii.
Priuatis diebus qualr matutini agant. Ca.xiii.
In nataliciis scõrꝫ qualiter uigilię agant. Ca.xiiii.
Alleluia q̣bus tpibus dicatur. Cap.xv.
Qualiter diuina opa p diem agant Cap.xvi.
Quot psalmi p easdẽ horas dicẽdi sunt. Cap.xvii
Quo ordine ipsi psalmi dicendi sunt. Cap.xviii.
De disciplina psallendi. Cap.xix.
De reuerentia orationis. Cap.xx.
De decanis monasterii. Cap.xxi.
Quomodo dormiant monachi. Cap.xxii.
De excommunicatione culparum. Cap.xxiii.
Qualis debeat esse modus excõicatiõis. Ca.xxiiii
De grauioribus culpis. Cap.xxv.
De iis qui sine iussiõe abbatis iunguntur excommunicatis. Cap.xxvi.
Qualr dẽat sollicit⁹ e ẽ abbas circa excõicatos. c.27
De iis q sępius correpti nõ emendant. Ca.xxviii.

BX 3004 .A2 1520

Si debeant iterum recipi fratres exeuntes de mo-
nasterio. Cap.xxix.
De pueris minori ætate/ qualiter corripian-
tur. Cap.xxx.
De cellerario monasterii. Cap.xxxi.
De ferramentis uel rebus monasterii. Cap.xxxii.
Si qd debeãt monachi ꝓpriũ habere. Cap.xxxiii.
Si omnes æqualiter debeant necessaria acci-
pere. Cap.xxxiiii.
De septimanariis coquinæ. Cap.xxxy.
De infirmis fratribus. Cap.xxxyi.
De senibus uel infantibus. Cap.xxxyii.
De hebdomadario lectore. Cap.xxxviii.
De mensura ciborum. Cap.xxxix.
De mensura potus. Cap.xl.
Quibus horis oporteat reficere fratres. Cap.xli.
Vt post completorium nemo loquatur. Cap.xlii.
De iis/qui ad opus Dei/uel ad mensam tarde oc-
currunt. Cap.xliii.
De iis/qui excõicantur/qũo satisfaciãt. Cap.xliiii.
De iis/qui falluntur in oratorio. Cap.xly.
De iis/qui in aliis quibuslibet rebus delin-
quunt. Cap.xlyi.
De significanda hora operis dei. Cap.xlyii.
De opere manuum quotidiano. Cap.xlyiii.
De quadragesimæ obseruatione. Cap.xlix.
De fratribus/qui longe ab oratorio laborant/aut
in uia sunt. Cap.L.

De fratribus/qui non ſatis longe profici/
ſcuntur. Cap.li.
De oratorio monaſterii. Cap.lii.
De hoſpitibus ſuſcipiendis. Cap.liii.
Vt non debeat monachus litteras/uel eulogia
ſuſcipere. Cap.liiii
De ueſtimentis & calciamentis fratrũ. Cap.lv.
De menſa Abbatis. Cap.lvi.
De artificibus monaſterii. Cap.lvii.
De diſciplina ſuſcipiendorũ fratrum. Cap.lviii.
De filiis nobilium uel pauperum: qui offerunt/
quomodo ſuſcipiantur. Cap.lix.
De ſacerdotibus qui forte uoluerint habitare in
monaſterio. Cap.lx.
De monachis peregrinis / qualiter ſuſcipi/
antur. Cap.lxi.
De ſacerdotibus monaſterii Cap.lxii.
De ordine congregationis Cap.lxiii.
De ordinando abbate. Cap.lxiiii.
De Præpoſito monaſterii. Cap.lxy.
De Hoſtiario monaſterii. Cap.lxyi.
De fratribus in uia directis Cap.lxyii.
Si fratri impoſſibilia iniungunt Cap.lxyiii.
Vt in monaſterio non præſumat alter alterum
defendere. Cap. lxix.
Vt non præſumat quisq̃ alium cędere. Ca.lxx.
Vt obedientes ſint ſibi inuicem fratres. Cap.lxxi.

quomodo fiat aro
58 metalis.

de ordine officiorum

De zelo bono / quem debent habere monachi. Cap. lxxii.
De eo q̃ non omnis obseruatio iustitiæ in hac sit regula constituta. Cap. lxxiii.

FINIS.

IN NOMINE DOMINI NOstri Iesu Christi ¶ Prologus. Regulæ Sanctissimi Patris nostri Benedicti.

Vsculta o fili præcæpta magistri: & inclina aurem cordis tui: & ad
a monitionem pii patris libenter ex cipe/ & efficaciter comple: ut ad eum per obedientiæ laborem redeas: a quo per inobedientię desidiam recesseras. Ad te ergo nunc meus sermo dirigitur: quisquis abrenuntians propriis uoluntatibus domino Iesu Christo uero regi militaturus: obedientiæ fortissima atq; præclara arma assumis. In primis/ut quicquid agendum inchoas bonum ab eo perfici instantissima oratione deposcas: ut quos in filiorum iam dignatus est numero computare: non debeat aliquando de nostris malis actibus contristari. Ita enim ei omni tempore de bonis in nobis parẽdum est: ut non solum: ut iratus pater suos non aliquando filios exhæredet: sed nec ut metuẽdus dominus irritatus malis nostris/ut nequissimos seruos perpetuam tradat ad pœnã/qui eum sequi noluerint ad gloriam.

Est sancti Benedicti Ferrarie

Prologus declarationum.

ADmoniti pia nostræ regulæ institutione: qua admonemur: ut Abbas omnia sic temperet: et dispo nat: qualiter animę saluentur: & quod faciunt mo nachi absq; murmurationibus faciant. Et alibi. Et ita omnia moderetur Abbas: ut feruentes habe ant: quod cupiant: & debiles non refugiant. Suf fulti etiam auctoritate apostolica: quædam regu læ dubia declarabimus: modificãdo ea: quæ aspe ra uidentur: & nonnullos uiuendi modos compo nendo: ut uniformitas cerimoniarum in congre gatione nostra seruetur.

¶Diuisio prima. Regula.

EXurgamus ergo tandem: aliquando excitante nos scriptura ac dicente. Hora est iam nos de somno surgere: & apertis oculis nostris ad dei ficum lumen: attonitis auribus audiamus: di uina quotidie clamans: quid nos admoneat: uox dicens. Hodie si uocem eius audieritis: nolite obdurare corda uestra. Et iterum. Qui habet aures audiendi audiat: quid spiritus di cat ecclesiis. Et quid dicit? Venite filii audite me: Timorem Domini docebo uos. Currite: dum lumen uitæ habetis: ne tenebræ mortis uos

comprehendant: Et quærens dominus in multitudine populi ſui: cui hæc clamat: operarium ſuum: iterum dicit. Quis eſt homo qui uult uitã & cupit dies uidere bonos? Quod ſi tu audiens: reſpondeas: Ego: dicit tibi Deus. Si uis habere uera & perpetuam uitam: prohibe linguam tuam a malo: & labia tua: ne loquantur dolum. Diuerte a malo: & fac bonum: inquire pacem: & ſequere eam: et cum hæc feceritis: Oculi mei ſuper uos: & aures meæ ad præces uras. Et anteq̃ me inuoce tis: dicam uobis. Ecce ad ſum. Quid dulcius nobis hac uoce Domini inuitantis nos fratres cariſſimi? Ecce pietate ſua demonſtrat nobis uiã uitę.

¶Diuiſio ſecunda. Regula.

SVccinctis ergo fide: uel obſeruantia bonorũ actuum lumbis noſtris: & calciatis in præparatione Euangelii pacis pedibus: pergamus itinera eius: ut mereamur: eum: qui nos uocauit: in regno ſuo uidere. In cuius regni tabernaculo: ſi uolumus habitare: niſi illuc bonis actibus currendo: minime peruenitur. Sed interrogemus cum Propheta dominum: dicentes ei. Domine: quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in mõte ſancto tuo? Poſt hãc interrogationem fratres: audiamus dominum reſpondentẽ: & oſtendentem no

nobis ipſius tabernaculi uiam ac dicentem: qui ingreditur ſine macula: & operatur iuſtiam: qui loquitur ueritatem in corde ſuo: qui non egit do/lum in lingua ſua: qui non fecit proximo ſuo ma/lum: qui obprobrium non accępit aduerſus pro/ximum ſuum. Qui malignum Diabolum aliqua ſuadentem ſibi: cum ipſa ſuaſione ſua a conſpecti/bus cordis ſui reſpuens: deducit ad nihilum: & paruulos cogitatus eius tenuit: & alliſit ad Chri/ſtum. Qui timentes Deum: de bona obſeruantia ſua non ſe reddunt elatos: ſed in ſe bona: non a ſe poſſe: ſed a domino fieri exiſtimantes: operantem in ſe dominum magnificant: illud cum Propheta dicentes. Non nobis domine: non nobis: ſed no/mini tuo da gloriam. Sicut nec Paulus apoſtolus de prædicatiõe ſua ſibi aliquid imputauit dicens. Gratia Dei ſum: id quod ſum. Et iterum ipſe dicit. Qui gloriatur: in domino glorietur: unde & do/minus in Euãgelio ait. Qui audit uerba mea hæc & facit ea: ſimilabo eum uiro ſapienti: qui ædifica uit domũ ſuam ſupra petrã. Venerũt flumina: fla/uerunt uẽti: & impegerũt in domũ illam: & nõ ce cidit: quia fundata erat ſupra petrã. Hæc cõplens domius expectat nos quotidie iis ſanctis ſuis mo/nitis: opibus nos reſpõdere debere. Ideo nobis ꝓ pter emẽdationẽ malorꝫ: huius uitæ dies ad indu/

tias relaxantur: dicente apostolo. An nescis: quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Nam pius dominus dicit. Nolo mortem peccatoris: sed ut conuertatur: & uiuat.

¶Diuisio Tertia.

CVm ergo interogassemus dñm fratres carissimi de habitatore tabernaculi eius: audiuimus habitā di p̄ceptum. Sed & si cōpleamus habitatoris officiū: erimus hæredes regni cælorꝝ. Ergo p̄paranda sunt corda & corpora nostra sanctæ pręcæptorum obedientię militatura: & quod minus in nobis habet natura possibile: rogemus dñm: ut gratiæ suæ iubeat: nobis adiutoriū ministrare. Et si fugiētes Gehennæ penas: ad uitā uolumus puenire perpetuā: dum adhuc uacat: & in hoc corpore sumus: & per hanc lucis uitā uacat īplere: currendū: & agendum est modo: quod in perpetuū nobis expediat. Constituēda est ergo a nobis dominici schola seruitii: in qua institutiōe nihil asperum: nihilq; graue nos cōstituturos speramus. Sed & si quid paulum restrictius: dictante æquitatis ratione: propter emendationem uitiorum: uel conseruationē charitatis ꝓcesserit: nō illico pauore ꝑterritus refugias uiā salutis: q̄ nō est: nisi angusto initio in

cipienda: Processu uero conuersationis & fidei dilatato corde: inerrabili dilectionis dulcedine curritur uia mandatorum Dei: ut ab ipsius nunq̃ magistro discedentes: in eius doctrina usq; ad mortẽ in monasterio perseuerantes: passionibus Christi per patientiam participemus: ut & regni eius mereamur esse consortes.

¶ De generibus: uel uita monachorũ. Cap. i.

MOnachorũ quatuor genera esse mãifestum est. Primum Cœnobitarum: hoc est: mõasteriale: militans sub regula: uel Abbate. Deinde secundum genus est Anachoretarum: idest: heremitarum: qui non conuersionis feruore nouitio: sed monasterii probatione diuturna: didicerunt contra Diabolum: multorum solatio iam docti: pugnare: & bene instructi: fraterna ex acie ad singularem pugnam Heremi: securi iam sine consolatione alterius: sola manu uel brachio contra uicia carnis: uel cogitationum: deo auxiliante: pugnare sufficiũt. Tertium uero monachorum teterrimũ genus est: Sarabaitarum: qui nulla regula approbati: experientia magistra: sicut aurum fornacis: sed in Plumbi natura molliti: adhuc operibus seruantes sæculo fidem: mentiri deo per tonsuram noscuntur.

Qui bini: aut terni: aut certe singuli: sine pastore: non dominicis: sed suis inclusi ouilibus pro lege eis est desideriorum uoluptas: Cum quicquid putauerint: uel elegerint: hoc dicunt sanctum & quod noluerint: hoc putant non licere. Quartum uero genus est monachorum: quod nominatur Gyrouagum: qui tota uita sua: per diuersas prouincias: ternis aut quaternis diebus per diuersorum cellas hospitantur: semper uagi: & nunquam stabiles: & propriis uoluptatibus & gulæ illecebris seruientes: & per omnia deteriores sarabaitis. De quorum omnium miserrima conuersatione: melius est silere q̃ loqui. His ergo omissis ad cœnobitarum fortissimum genus disponendũ domino adiuuante ueniamus.

¶ Qualis debeat esse Abbas. Cap. ii.

ABbas: qui præesse dignus est monasterio: semper meminisse debet: quod dicitur: & nomen maioris factis impleri. Christi enim agere uices in monasterio creditur: quando ipsius uocatur prænomine: dicẽte Apostolo. Accepistis spiritum adoptionis filiorum: in quo clamamus Abba Pater. Ideoq; Abbas nihil extra præcæptum Domini: quod absit: debet aut docere: aut constituere: uel iubere. Sed iussio eius: uel doctrina: fermentum

diuinæ iustitiæ in discipulorum mentibus aspergatur. Memor semper sit Abbas: quia doctrinæ suæ: uel discipulorum obedientiæ: utrarumq; rerum in tremendo iudicio Dei: facienda erit discussio: sciatq; Abbas culpæ Pastoris incumbere: quicquid in ouibus paterfamilias utilitatis minus potuerit inuenire: tantum iterum liber erit: ut si inquieto uel inobedienti gregi: Pastoris fuerit omnis diligentia attributa. Et morbidis earum actibus uniuersa fuerit cura exhibita. Pastor earum in iudicio domini absolutus: dicat cũ Propheta domino. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: ueritatem & salutare tuum dixi: ipsi autem contemnentes spreuerunt me. Et tunc demum inobedientibus curæ suæ ouibus pœna sit eis præualens: ipsa mors.

¶Diuisio Prima. Regula.

ERgo cum aliquis suscipit nomen Abbatis: duplici debet doctrina suis præesse discipulis: id est: omnia bona & sancta: factis amplius q̃ uerbis ostendat: ut capacibus discipulis mandata Dei uerbis proponat: duris uero corde & simplicioribus: factis suis diuina præcepta demonstret. Omnia uero: quæ discipulis: docuerit esse contraria: in suis factis indicet non agenda: ne aliis præ-

dicans: ipse reprobus inueniatur: Nequãdo illi dicat Deus peccanti: Quare tu enarras iustitias meas: & assumis testamẽtum meũ per os tuum? Tu uero odisti disciplinã: & piecisti sermones meos post te: Et qui in fratris tui oculo festucam uidebas: in tuo proprio trabem non uidisti. Nõ ab eo persona in monasterio discernatur: nõ unus plus ametur q̃ alius: nisi quẽ in bonis actibus: aut obedientia inuenerit meliorem. Non conuertenti ex seruitio præponatur ingenuus: nisi alia rationabilis causa existat. Quod si ita iustitia dictãte Abbati: uisum fuerit: & de cuiuslibet ordine: id faciat: Sin alias: propria teneant loca: quia siue seruus: siue liber omnes in Christo unũ sumus: & sub uno domino ęqualem seruitutis militiam baiulamus: quia non est apud Deum personarum acceptio: solũmodo in hac parte apud ipsum discernimur: si meliores aliis: in operibus bonis & humiles inueniamur. Ergo ęqualis sit ab omnibus charitas: una præbeatur omnibus ꝛm merita disciplina.

¶ Diuisio Secunda. Regula.

IN doctrina nanq; sua Abbas Apostolicam debet illam semper formam seruare: in qua dicit. Argue: Obsecra: Increpa: idest/ miscẽs temporib⁹ tempora/ terroribus blandimenta/ dirum magi-

stri: pium patris ostendat affectum: id est in disci plinatos & inquietos debet durius arguere: obedientes autem & mites & patientes: ut melius pfi ciant obsecrare. Negligentes autem & contēnentes ut increpet & corripiat: admonemus. Neqꝫ dissimulet peccata delinquentium: sed mox ut cœperint oriri: radicitus ea: ut præualet: amputet: memor periculi Heli sacerdotis de Sylo. Et hōestiores quidem: atqꝫ intelligibiles animo prima uel secunda admonitione / uerbis corripiat. Improbos autem & duros: ac superbos: uel inobedientes: uerberum uel corporis castigatione in ipso initio peccati coherceat: sciens scriptum. Stultus uerbis non corrigitur: Et iterum. Percute filium tuum uirga: & liberabis animam eius a morte.

¶ Diuisio tertia. Regula.

MEminisse debet semp Abbas: qd̄ est: Meminisse quod dicitur: & scire: quia cui plus committitur plus ab eo exigitur. Sciatqꝫ q̄ difficilem & arduam rem suscepit regere animas: & multorum seruire moribus. Et alium quidem blandimentis: alium uero increpationibus: alium suasionibus: et secundum uniuscuiusqꝫ qualitatem uel intelligentiā: ita se omnibus conformet & aptet: ut

non

non solum detrimenta gregis sibi commissi non patiatur: uerum etiam in augmentatione boni gregis gaudeat. Ante omnia: ne dissimulans: aut paruipendens salutem animarum sibi commissarum: plus gerat sollicitudinem de rebus transitoriis: & terrenis: atq; caducis: sed semper cogitet: quia animas suscæpit regendas: de quibus & rationem redditurus est. Et ne causetur forte de minori substantia: meminerit scriptum. Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur uobis: Et iterum. Nihil deest timentibus eum. Sciatq; : quia qui suscæpit animas regendas: præparet se ad rationem reddendam. Et quantum sub cura sua fratrum se habere scierit numerum/ agnoscat pro certo: quia in die iudicii ipsarum omnium animarum: est redditurus domino rationem: sine dubio addita & suæ animæ. Et ita timens semper futuram discussiõem pastoris de creditis ouibus: cum de alienis ratiociniis cauet: redditur de suis sollicitus. Et cum de admonitionibus suis emendationẽ aliis subministrat: ipse efficitur a uitiis emẽdatus.

¶De adhibendis ad consilium fratribus. Capᵗ. iii.

QVotiens aliqua præcipua agenda sunt in monasterio: conuocet Abbas omnem cõgregationem:

& dicat ipse: unde agitur: & audiens cõsilium fratrũ: tractet apud se: & quod utilius iudicauerit faciat. Ideo autem omnes ad consilium uocari diximus: quia sæpe iuniori dominus reuelat: quod melius est. Sic autem dent fratres consilium cum omni humilitatis subiectione: ut non præsumant procaciter defendere: quod eis uisum fuerit: sed magis in Abbatis pendeat arbitrio: ut quod salubrius esse iudicauerit: ei cuncti obediant. Sed sicut discipulis conuenit obedire magistro: ita & ipsum prouide & iuste condecet cuncta disponere. In omnibus igitur omnes magistram sequantur regulam: neq; ab ea temere declinetur a quoq;.

¶ Declaratio.

INuerbo. Aliqua præcipua. ¶ Inter præcipua: in quibus maxime totius congregationis siue conuentus cuiuscũq; monasterii: uota requiri debẽt: est receptio monachorum ad professionem: collatio beneficiorum: ubi consueuit conuentus interuenire huiusmodi collationibus: sindicatus. Locationes ad longum tempus: & alia huiusmodi. Quælibet etiam alienatio rerum ecclesiasticarũ: immobilium: & preciosarum mobilium: quæ per sacros canones sine permissione summi Pontificis: quando monasteria sunt exempta: omnino fieri prohibentur. ¶ Ne facilitate qualibet:

Prælati & conuentus noſtræ congregationis præ dicta monaſteriorum bona quoquomodo aliena re præſumant. Ordinamus: q̃ quotienſcunq̃ pro aliquo monaſterio eſt facienda alienatio alicuius ꝓprietatis: ut omnia rite procedant: priusq̃ a diffinitoribus petatur licentia ineatur inter ipſos ſuperiores conſilium: an utilitati expediat monaſterii. Demum de cōſenſu ſuperiorum deducatur ad fratres in capitulum. In quo examinato diligētius negotio: ſi iudicauerint in utilitatem monaſterii cedere: tunc a capitulo generali licētiam petant: declarando patribus ſe rite ſecundum ordinationes noſtras inter fratres negocium pertractaſſe: firmiter ſtatuentes: q̃ nullam omnino alienationem facere poſſint de poſſeſſiōibus: uel rebus immobilibus: & mobilibus pretioſis mōaſteriorum noſtrorum: niſi prius obtenta licentia a capitulo generali: etiā ſi petentes obtinuiſſent a ſede Apoſtolica Prælatus & conuentus: talia poſſe facere. ¶ Bona uero emphitheotica aut feudalia: ſiqua defectu deſcendentium: aut alio quouis modo ad monaſteria deuolui libere contingat pari lege: niſi obtenta: ut præfertur: a capitulo generali licentia in emphiteoſin uel in feudum dari: præterquā ſi eſſet fundus modici ualoris: qui precium ducatorum quinquaginta nō excedat. ¶ Obtenta uero licentia: ſiqua res eſt alienanda: quantum poſſibile eſt per permutationem fiat: aut ita caute

De adhibendis ad consilium fratribus.

inuestiant pecuniæ in alia bona: ne monasteria aliquod detrimentũ patiant. Sæpe enim cõtingit bona laicorum esse hypotecata/aut fidei cõmisso subiecta/uel aliter obligata. ¶ Q d si res alienãda excederet summã ducatorꝫ ducentorꝫ de camera necesse erit/ultra licentiam capli generalis. a patribus diffinitoribus deputari aliquos pres cõmissarios: qui scdm formã constitutõis Pauli secundi ꝓcedere debẽt: ut ex indulto Innocẽtii octaui est cõgregationi cõcessum. Hanc tñ alienandi solẽnitatem non intelligimus habere locum in rebus non excedẽtibus ualorem ducatorꝫ qnquaginta. Et ibi. ¶ Conuocet Abbas oẽm congregationẽ &c. ¶ Hortamur: ꝙ anteq̃ Abbas exponat cãm de qua agendũ est: exhortet frẽs/ut cũ humilitate dent consiliũ iuxta hoc capl'm. ¶ Prohibemus aũt/ne qs frater audeat reuelare ea/q̃ in ꝑticularibus capitulis monasteriorꝫ tractata fuerint: quæ sint ꝓhibita a patribus reuelari: uel ea: de quibus scandalum oriri posset: quod si quis trangressus fuerit/iniungat ei ꝓ hac graui inobedientia: ut dicat suam culpam in capitulo coram Prælato & fratribus monasterii/ ieiunetꝫ semel in pane & aqua in terra in refectorio: & priuetur sex menses uoce actiua & passiua capituli. ¶ Super uerbo Abbas. ¶ Declaramus per totam regulã idẽ intelligendum de Priore: ubi dignitas monasterii non esset abbatia sed prioratus.

Diuisio

¶Diuisio. Reg.

NVllus in monasterio sequatur cordis propriam uolũtatem: neq; pręsumat quisquam cum Abbate suo proterue intus aut foris monasterium contendere. Quod si pręsumpserit: regulari disciplinæ subiaceat. Ipse tamen Abbas: cum timore dei & obseruatione regulæ omnia faciat: sciẽs se proculdubio de omnibus iudiciis suis: æquissimo iudici deo rationem redditurum. Si qua uero minora agenda sunt in monasterii utilitatibus seniorum tantum utatur consilio: sicut scriptũ est. Omnia fac cum consilio: & post factum non pœnitebis.

¶Declaratio.

VBi dicit. ¶Seniorum tantum utatur consilio. ¶Declaramus seniores esse: Priorem Claustralem: decanos: magistrum nouitiorum: & in temporalibus cellerarium. ¶Cum quibus etiã solis p̃lati: negocia mõasteriorum: suis monasteriis p capitulum generale unitorum siue applicatorum occurrentia tã in spiritualibus q̃ in temporalibus libere possint expedire. Non obstante si eorum administrationes datę fuerint Abbatibus & conuentibus monasteriorum illorum: quibus unita siue applicata sunt.

¶ Quæ sunt instrumenta bonorum operum. Capꝭ. iiii.

IN primis dominum deum diligere ex toto corde: tota anima tota uirtute: deinde proximum tanquam seipsum. Deinde non occidere: non adulterare: non facere furtum: non concupiscere: non falsum testimonium dicere. Honorare omnes homines: & quod sibi fieri: quis non uult: alii ne faciat. Abnegare semetipsum sibi: ut sequatur Christum. Corpus castigare. Delitias nō amplecti. Ieiunium amare. Pauperes recreare. Nudum uestire. Infirmum uisitare. Mortuum sepellire. In tribulatione subuenire. Dolentem cōsolari. A sæculi actibus se facere alienum. Nihil amori Christi præponere. Iram non ¡perficere. Iracundiæ tempus non reseruare. Dolum in corde non tenere. Pacem falsam non dare¡. Charitatem non derelinquere. Non iurare omnino: ne forte periuret. Veritatem ex corde & ore proferre. Malum pro malo non reddere. Iniuriam non facere. Sed & factam patienter sufferre. Inimicos diligere: & maledicentes se non remaledicere: sed magis benedicere. Persecutionem propter iustitiam substinere. Non esse superbum: non uinolentum: non multum edacem: non somnolentum: non pigrum: non murmurosum: non detractorem: spem suam Deo committere: bo-

num aliquod in se cum uiderit: Deo applicet: non sibi: malum uero semper a se factum sciat: & sibi reputet: diem iudicii timere: gehennam expauescere: uitam æternam omni concupiscentia spirituali desiderare. Mortem quotidie ante oculos suspectam habere. Actus uitæ suæ omni hora custodire. In omni loco deum se respicere pro certo scire.

¶ Diuisio. Regula.

COgitationes malas cordi suo aduenientes mox ad Christum allidere: & seniori spirituali patefacere. Os suum a malo uel prauo eloquio custodire. Multum loqui non amare. Verba uana: aut risui apta non loqui. Risum multum aut excussum non amare. Lectiones sanctas libenter audire. Orationi frequenter incumbere. Mala sua præterita cum lachrymis uel gemitu quotidie in oratione deo confiteri. De ipsis malis de cætero emendare. Desideria carnis non perficere. Voluntatem propriam odire. Præceptis Abbatis in omnibus obedire: etiã: si ipse aliter: quod absit: agat: memor illius domini præcepti: quæ dicunt facite: quæ autem faciunt: facere nolite. Non uelle sanctum dici ante q̃ sit: sed prius eẽ quo uerius dicat̃. Præcepta dei

factis quotidie adimplere. Castitatem amare: nullum odire. Zelum & inuidiam non habere. Contentionem non diligere. Elationem fugere. Seniores uenerari. Iuniores diligere in christi amore. Pro inimicis orare. Cum discordantibus ante Solis occasum in pacem redire: & de dei misericordia nunq̃ desperare. Ecce hęc sunt instrumenta artis spiritualis: Quæ cum fuerint a nobis die noctuq; incessabiliter adimpleta: & in die iudicii recõsignata: illa merces nobis a Domino recompensabitur: quam ipse promisit: Quod oculus non uidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: quæ præparauit deus iis: qui diligunt eum. Officina uero ubi hæc omnia diligenter operemur: claustra sunt monasterii: & stabilitas in congregatione.

¶ De obedientia discipulorum. Capꝫ. v.

PRimus humilitatis gradus est obedientia sine mora. Hæc conuenit iis qui nihil sibi Christo carius existimant propter seruitiũ sanctum: Quod professi sunt: seu propter metum gehennæ uel gloriam uitæ æternæ. Et mox ut aliquid imperatum a maiore fuerit: ac si diuinitus imperetur moram pati nesciunt in faciendo: De quibus dominꝰ dicit. Obauditu auris obediuit mihi: Et itẽ dicit doctoribus. Qui uos audit: me audit. Ergo hi

hi tales relinquentes statim: que sua sunt: & uo luntatem propriam deserentes: mox ex occupa tis manibus: & quod agebant imperfectum re linquentes: uicino obedientiæ pede: iubentis uo cem factis sequuntur. Et ueluti uno momen to: prædicta magistri iussio & perfecta discipu li opera in uelocitate timoris Dei ambę res com muniter citius explicantur: Quibus ad uitã ęter nam gradiendi amor incumbit: ideo angustam uiam arripiunt. unde domin⁹ dicit. Angusta uia est: quæ ducit ad uitam. Vt non suo arbitrio ui uentes: uel desideriis suis & uoluptatibus obe dientes: sed ambulantes alieno iudicio & impe rio: in cœnobiis degentes: Abbatem sibi præesse desiderant. Sine dubio hi tales illam domini sen tentiam imitantur: qua dicit. Non ueni facere uo luntatem meam sed eius: qui misit me. Sed hæc ipsa obedientia: tunc acceptabilis erit Deo: et dulcis hominibus: si quod iubetur: non trepide non tarde: non tepide: aut cum murmure: uel cũ responso nolentis efficiatur. Quia obedientia: quę maioribus præbetur: Deo exhibetur. Ipse enim dixit. Qui uos audit: me audit. Et cum bo no animo a discipulis præberi oportet: quia hyla rem datorem diligit deus. Nam cum malo ani mo si obedit discipulus: & non solum ore: sed eti am corde si murmurauerit: & si impleat iussio nem: tamen acceptum iam non erit deo: qui cor

respicit murmurantis. Et pro tali facto nullam consequitur gratiam: immo murmurantum pœnam incurrit: si non cum satisfactione emendauerit.

¶De taciturnitate. Capi. vi.

FAciamus: quod ait propheta. Dixi custodiam uias meas: ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam: obmutui: & humiliatus sum: & silui a bonis. Hic ostendit propheta: si a bonis eloquiis interdum propter taciturnitatem debet taceri: quanto magis a malis uerbis propter pœnam peccati debet cessari? Ergo quãuis de bonis & sanctis ædificationum eloquiis perfectis discipulis propter taciturnitatis grauitatem: rara loquendi concedatur licentia: quia scriptum est. In multiloquio non effugies peccatum Et alibi. Mors & uita in manibus linguæ. Nam loqui & docere magistrum condecet: tacere et audire discipulo conuenit. Et ideo siqua requirenda sunt a priore: cum omni humilitate & subiectione reuerentiæ requirantur. Scurrilitates uero: uel uerba ociosa: & risum mouentia æterna clausura in omnibus locis dãnamus: & ad tale eloquiũ discipulum aperire os nõ pmittimꝰ.

Declaratio.

IBi scurrilitates uero. ¶Moti hac terribili sententia patris nostri: mandamus prælatis: cæterisq; superioribus monasteriorum nostrorum: ut diligẽ

ter faciant hanc partem regulæ obseruari. Et pro huiusmodi excessibus graues constituant pœnas. ¶ Et ut scurrilitatum ac leuitatum occasiones tollantur: interdicimus in monasteriis teneri aues: aut animalia ad iocum aut leuitatem prouocantia. ¶ Ludum quoq; scacchorꝫ: & omne ludi genus minime religiosis conueniens tam intꝫ q̃ extra monasteria. Vana etiã spectacula: & choræas: omnemq; habitus transformationẽ: & ludicra omnia pœnitus inhibemus. ¶ Fratres uero: nec in mari: nec in fluminibus causa lauandi se spolient. ¶ Si aũt uel in monasterio: uel extra fratres: quandocunq; recreationis gratia conuenerint: caueant dissolutiones: manuum iniectiões: impulsiones: & huismodi iocos honestati religionis minime conuenientes. Sintq; solatia eorum honesta & modesta: quæ iuxta dictũ sancti Bernardi potius recreent q̃ eneruent. Qui uero cõtrafecerit: ieiunet semel in pane & aqua comedẽs ĩ refectorio ĩ terra totiẽs quotiẽs. Quę ut melius obseruentur: uolumꝰ: ut huiusmodi recreatiõibus intersit prælatus: uel saltẽ unꝰ de supiorib̃. ¶ Neq; audeant fratres p̃dicta cã: aut ꝓpter uindemias: uel fruges colligẽdas extra monasterium dormire nisi præsente p̃lato: uel uno e supiorib̃ sed ad monasterium reuertantur. ¶ Cellerarii tamen aut commissi: aut alii fratres ad ea deputati ob supradictas cãs extra monasteriũ dormire po-

uide c. lxx in ordinatione §. v.

terunt: in locis tamen honestis & minime suspectis.

¶ De humilirate. Cap̃. vii.

CLamat nobis scriptura diuina fratres dicens. Omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur. Cum hæc ergo dicit: ostendit omnem exaltatiõem genus esse superbię. Quod se cauere Propheta indicat dicens. Domine non est exaltatum cor meum: neq; elati sũt oculi mei. Neq; ambulaui in magnis: neq; in mirabilibus super me. Sed quid? Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam: sicut ablactatus super matrem suam: ita retributio in anima mea. Vnde fratres: si summæ humilitatis uolumus culmen attingere: & ad exaltationem illam cœlestem: ad quam per præsentis uitæ humilitatem ascẽditur: uolumus uelociter peruenire actibus nostris ascendentibus: scala erigenda est. Quæ in somno Iacob apparuit: Per quam ei descendentes & ascendentes angeli monstrabantur. Non aliud sine dubio descensus ille: & ascensus a nobis intelligitur: nisi exaltatione descendere: & humilitate ascendere. Scala uero ipsa erecta: nostra est uita in sæculo: Quæ humiliato corde a domino erigitur ad cœlum. Latera enim huius scalæ: dicimus nostrum esse corpus & animam. In quibus lateribus diuersos gradus humilita-

tis uel disciplinæ: uocatio diuina ascendendos inseruit.

ℭ Gradus. i.

PRimus itaq; humilitatis gradus est: si timorem Dei sibi ante oculos semper ponens: obliuiõem omnino fugiat: & semper sit memor omnium: quæ præcæpit Deus: qualiter contemnentes deũ in gehennam pro peccatis incidunt: & uitam æternam: quæ timentibus deum præparata est: animo suo semper reuoluat. Et custodiens se omni hora a peccatis & uitiis: id est cogitationum linguæ: oculorum: manuum: pedum: uel uoluntatis propriæ. Sed & desideria carnis amputare festinet. Aestimet se homo de cœlis a Deo semper respici omni hora: & facta sua in omni loco ab aspectu diuinitatis uideri: & ab angelis omni hora Deo nuntiari. Demonstrat nobis hoc Propheta: cũ in cogitatiõibus nostris: ita Deum semper præsentem ostendit dicens. Scrutans corda: & renes Deus. Et item. Dominus nouit cogitationes hominum. Et item dicit. Intellexisti cogitationes meas de longe. Et quia cogitatio hominis confitebitur tibi. Nam ut sollicitus sit circa cogitationes peruersas: dicat semper utilis frater in corde suo. Tunc ero immaculatus coram eo: si obseruauero me ab iniquitate mea. Voluntatem uero propriam ita facere prohibemur: cum

dicit nobis ſcriptura. Et a uoluntatibus tuis auertere. Et item rogamus Deum in oratione: ut fiat illius uoluntas in nobis.

¶ Diuiſio. Regula.

DOcemur ergo merito noſtram non facere uoluntatem: cum cauemus illud quod dicit ſcriptura: Sunt uiæ quæ putantur ab hominibus rectæ: quarum finis uſque ad prufundum inferni demergit: Et cum item cauemus illud quod de negligentibus dictum eſt. Corrupti ſunt: & abhominabiles facti ſunt in uoluptatib⁹ ſuis. In deſideriis uero carnis ita Deum nobis credamus eſſe præſentem ſemper: cum dicit Propheta, domino. Domine ante te eſt omne deſiderium meum. Cauēdum eſt ergo ideo malum deſiderium: quia mors ſecus introitum delectationis poſita eſt. Vnde ſcriptura præcipit dicens. Poſt concupiſcentias tuas non eas. Ergo ſi oculi domini ſpeculantur bonos & malos: & Dominus de cœlo ſemper reſpicit ſuper filios hominum: ut uideat: ſi eſt intelligens: aut requirens deum: & ab angelis nobis deputatis quotidie: die noctuq; domino factori noſtro: & creatori omniū Deo opera noſtra nuntiantur. Cauendum eſt ergo omni hora fratres: ſicut in pſalmo dicit Propheta: ne nos declinantes in malum & inutiles factos aliqua hora aſpiciat Deus. Et parcendo nobis in hoc tempore: quia pius eſt. Et expectat nos con

uerti in melius: ne dicat nobis in futuro, Hæc fecistis: & tacui.

¶ Gradus. ii.

SEcundus humilitatis gradus est: si propriam quis non amans uoluntatem desideria sua non delectetur implere: sed uocem illam domini factis imitetur dicentis. Non ueni facere uoluntatem meam: sed eius qui misit me. Item dicit scriptura. Voluntas habet pœnam: & necessitas parit coronam.

¶ Gradus. iii.

TErtius humilitatis gradus est: ut quis pro Dei amore omni obedientia se subdat maiori: imitans dominum: De quo dicit Apostolus. Factus obediens usq; ad mortem.

¶ Gradus. iiii.

QVartus humilitatis gradus est: si in ipsa obedientia duris & contrariis rebus: uel etiam quibuslibet irrogatis iniuriis: tacita conscientia patientiã amplectatur: & sustinens nõ lassescat: uel discedat: dicente scriptura. Qui perseuerauerit usq; in finem: hic saluus erit. Item cõfortetur cor tuum & sustine dominum. Et ostendens fidelem ꝑ domino uniuersa etiã cõtraria subsistere debere: dicit ex persona sufferentiũ. Propter te morte afficimur tota die: ęstimati sumus: sicut oues occisiõis. Et securi de spe retributõis diuinę subsequũtur gaudẽtes & dicẽtes. Sed in his oĩbus supam-

propter eum:qui dilexit nos. Et item alio loco ſcriptura:probaſti nos inquit Deus:igne nos examinaſti: ſicut examinatur argentum: induxiſti nos in laqueum: poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro:& ut oſtendat ſub priore debere nos eſſe ſubſequitur dicens. Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Sed et præceptũ domini in aduerſis & iniuriis per patientiam adimplentes: percuſſi in maxilla: præbent & alterã: auferenti tunicã: dimittunt & pallium: angariati miliario:uadunt & duo. Cum Paulo apoſtolo falſos fratres ſubſtinent & pſecutionẽ:& maledicẽtes ſe bñdicũt.

¶ Gradus.v.

QVintus humilitatis gradus eſt:ſi omnes cogitationes malas cordi ſuo aduenientes: uel mala a ſe abſconſe commiſſa per humilem confeſſionem Abbati non cælauerit ſuo. Hortans nos de hac re ſcriptura dicit. Reuela domino uiam tuam:& ſpera in eo. Et item dicit. Confitemini domino quoniam bonus:quoniam in ſæculum miſericordia eius. Et item Propheta. Delictum meum cognitum tibi feci: & iniuſtitias meas non operui. Dixi pronunciabo aduerſum me iniuſtitias meas domino: & tu remiſiſti impietatem cordis mei.

Gradus.vi.

SExtus humililatis gradus eſt: ſi omni uilitate: uel extremitate contentus ſit monachus: & ad omnia

omnia quæ ſibi iniunguntur uelut operarium ſe malum iudicet & indignum dicens cum Prophe ta. Ad nihilum redactus ſum: & neſciui. Vt iumẽ tum factus ſum apud te: & ego ſemper tecum.

¶ Gradus. vii.

SEptimus humilitatis gradus eſt: ſi omnibus ſe inferiorem & uiliorem, nõ ſolum ſua lingua pronuntiet: ſed etiam intimo cordis credat affectu humilians ſe & dicens cum Propheta. Ego autẽ ſum uermis & non homo: opprobrium hominũ & abiectio plebis. Exaltatus ſum & humiliatus & confuſus. Et item. Bonum mihi q̃ humiliaſti me: ut diſcam mandata tua.

¶ Gradus. viii.

OCtauus humilitatis gradus eſt: ſi nihil agat monachus: niſi quod communis monaſterii regula uel maiorum cohortantur exempla.

¶ Gradus. ix.

NOnus humilitatis gradus eſt: ſi linguã ad loquẽdum ꝓhibeat monachus: & taciturnitatẽ habẽs uſq; ad interrogationem nõ loquatur mõſtrante ſcriptura: qa in multiloqo non effugiet peccatũ: & qa uir linguoſus nõ dirigetur ſuper terram.

¶ Gradus.x.

DEcimus humilitatis gradus est: si non sit facilis: ac promptus in risus quia scriptum est, Stultus in risu exaltat uocem suam.

¶ Gradus.xi.

VNdecimus humilitatis gradus est: si cum loquitur mōachus: leniter & sine risu: humiliter cum grauitate uel pauca uerba & rationabilia loquatur: & non sit clamosus in uoce. Sicut scriptum est, Sapiens uerbis innotescit paucis.

¶ Gradus.xii.

DVodecimus humilitatis gradus est: si nō solum corde monachus: sed etiam ipso corpore humilitatem uidentibus se semper indicet: id est in opere: in monasterio: in oratorio: in horto: in uia: in agro: uel ubicūq: sedens: ambulans: uel stans inclinato sit semper capite: Defixis in terram aspectibus reum se omni hora de peccatis suis existimans: iam se tremendo dei iudicio præsentari existimet: dicens sibi in corde semper illud: quod publicanus ille euangelicus fixis in terram oculis dixit. Domine non sum dignus ego peccator leuare oculos meos ad cœlum. Et itē cū Prophe ta: Incuruat⁹ sum & humiliat⁹ sum usquequaq.

Ergo his omnibus humilitatis gradibus ascensis monachus mox ad charitatem dei perueniet illã: quæ perfecta foras mittit timorem: Per quã uniuersa: quæ prius non sine formidine obseruabat: absq; ullo labore: uelut naturaliter ex consuetudine incipiet custodire: non iam timore gehennæ: sed amore christi: & cõsuetudine ipsa bona: & delectatiõe uirtutum. Quod dominus iam in operarium suum: mundum a uitiis: & peccatis: spiritu sancto dignabitur demonstrare.

¶ De diuinis officiis in noctibus. Capꝯ. viii.

HYemis tpe: id est a kalendis Nouembris usq; ad Pascha: iuxta cõsiderationem rõnis octaua hora noctis surgendum est: ut modice amplius de media nocte pausentur: & iam digesti surgãt. Quod uero restat post uigilias a fratribus: qui psalterii uel lectionum aliquid indigent: meditationi inseruiatur. A Pascha autem usq; ad supradictas kalendas Nouembris: sic temperetur hora uigiliarum agenda: ut paruissimo interuallo: quo fratres ad necessaria naturæ exeant: custodito: mox matutini: qui incipiente luce agendi sunt: subsequantur.

¶ Hyemis tempore &c. ¶ Declaratio.

SEruetur cõsuetudo breuiarii circa ordinẽ diuini

officii per totum annum: in quo plenius cuncta: ad diuinum officiũ ptinentia digeſſimus. ¶ Super eo q̃ regſa dicit. octaua ora ſurgendum eſt. ¶ Quia inter potiſſimas uirtutes diſcretio commendatur: propterea declaramus ſufficere omni ætati omniq̃ naturæ horas ſeptem ad dormiendum. Ideo iuxta noſtram antiquam obſeruantiam hyemis tempore poſt completorium fratres uacent orationi peculiari: omni tempore uſq̃ ad dormitionem: & hora prima noctis pulſetur pro dormitione. Qua pulſata habeant fratres ſpatiũ dimidiæ horæ. Quo dimiſſo omni exercitio: præparent ſe ire dormitum. Quod ſiqs: elapſa illa dimidia hora repertus fuerit: non iuiſſe dormitũ: legitimo impedimento ceſſante: a prælato aut ab aliquo ſeniorum redarguatur. Poſt illam dimidiam horam: damus horas ſeptem ad dormiendũ quibus tranſactis ſurgentes circa octauam horã dicimur ſurgere iuxta regulam.

Ibi. ¶ A paſcha autem &c. ¶ Præterq̃ ſi predictum feſtum occurret in menſe Aprilis. ¶ Quo tempore diſpenſando declaramus tempus æſtatis incipere a feſto ſanctiſſimi patris noſtri Benedicti: & conſequenter meridianæ dormitionis. Quo tempore ſic modificetur hora dormitionis in nocte: ut computata dormitione diei: fratribꝰ deputentur horæ ſeptem pro dormitione. ¶ Notandum eſt tamen: q̃ a principio quadrageſimæ

uſq̃ ad

uſq; ad kalendas Nouembris: pulſandum eſt pro dormitione hora uigeſima quarta cum dimidia. ¶ In uigilia autem ſanctæ Crucis de mēſe Septē bris excluſiue ceſſamus a dormitione meridiana. ¶ Interuallum uero magnum: inter nocturnos & laudes facimus a kalendis Nouembris uſq; ad Purificationem beatiſſimæ uirginis Mariæ: niſi ſit feſtum duodecim lectionum: & quotiens laudes dicuntur cum prima: fiat ſignum quinq; ictibus campanæ: paulo anteq̄ pulſetur pro laudib⁹: ut debito tempore fratres ualeant officio intereſſe. ¶ Interuallum quoq; breue inter nocturnos & laudes reliquo tempore ſeruetur: iuxta regulā ſaltem in quadrageſima proſtationibus accipiendis. ¶ Ordinamus præterea: q̄ a prædicto feſto beatiſſimi patris noſtri Benedicti uſq; ad kalēdas Octobris: nocturni & laudes beatæ uirginis cōuentualiter non dicantur in choro ob noctium breuitatem: et ut ordinarium officium moroſius & deuotius dicatur. ¶ Quod etiam in omnibus feſtis duodecim lectiōum per totum annum propter officiorum prolixitatē: ſeruari uolumus.

¶ Quot Pſalmi dicendi ſunt in nocturnis horis.

Cap̄. ix.

HYemis tempore præmiſſo in primis uerſu. Deus in adiutorium meum intēde: domine ad adiuuādū me feſtina: in ſecūdo ter dicendum eſt: domi-

ne labia mea apies: & os meũ annuntiabit laudẽ tuã. Cui subiungendũ est tertius psalm⁹ & gloria Post hũc psalmus nonagesim⁹ quart⁹ cũ antiphona: aut certe decãtãdus. Inde sequat' ambrosianũ Deide sex psalmi cũ antiphonis. Quibis dictis dicto uersu: bñdicat abbas. Et se dentib⁹ oibus ĩ scãnis legant' uicissim a fratrib⁹ in codice sup analogiũ tres lectiões: inter quas tria rñsoria canantur duo rñsoria sine glia dicant'. Post tertiã uero lectionẽ: q cantat dicat gloriã: Quã dũ incipit cantor dicere: mox oẽs de sedilib⁹ surgãt ob honorẽ & reuerentiã sanctę trinitatis: codices aũt legant' in uigiliis: diuinę auctoritatis tam ueteris testi q̃ noui. Sed & expositiões eaꝝ: q̃ a nominatissimis & orthodoxis catholicisq; pr̃ib⁹ factę sunt. Post has uero tres lectões cũ rñsoriis suis: sequat' reliq sex psalmi cũ alla canẽdi. Post hos lectio apli seq̃tur ex corde recitãda: & uersus & supplicatio litanię. i. kyrieleison. & sic finiant' uigilæ nocturnæ.

¶ Qualiter æstatis tpe agat' nocturna laus.

Cap̃. x.

A pascha aũt usq; ad kal. nouẽbris (oĩs ut supradictũ est) psalmodię q̃titas teneat': excepto q̃ lectiones ĩ codice pp breuitatẽ noctiũ mĩme legãt': sed p ipsis trib⁹ lectiõibus una de ueteri testõ memoriter dicat': quã breue rñsoriũ subsequat': & reliq oia (ut supra dcm̃ est) ipleãt'. i. ut nũq̃ min⁹ a duodeci psalmoꝝ q̃titate ad uigilias nocturnas dicat'

exceptis tertio & nonagesimo quarto psalmo.

¶ Qualiter dñicis diebus uigiliæ agant̃.

Cap. xi.

DOminico die temporib⁹ surgat̃ ad uigilias: in quibus uigiliis teneat̃ mẽsura. i. modulatis (ut supra disposuimus) sex psalmis & uersu: residẽtib⁹ cũctis dispositę & p ordinẽ in subsellijs: legant̃ in codice) ut supra diximus quatuor lectiones cũ rñsoriis suis: ubi tm̃ in respõsorio q̃rto dicat̃ a cantãte gloria: quam dũ incipit mox omnes cũ reuerẽtia surgãt. Post quas lectiones: sequãtur ex ordine alii sex psalmi cum antiphõis: sicut anteriores: & uersus. Post quas iterum legantur aliæ quatuor lectiones cum responsoriis suis: ordine quo supra. Post quas iterum dicantur tria cantica de Prophetis: quæ instituerit Abbas: quæ cantica cum alleluia psallantur. Dicto etiam uersu: & benedicente abbate: legantur aliæ quatuor lectiones de nouo testamento: ordine quo supra. Post quartum uero responsorium: incipiat abbas hymnũ. Te deum laudamus. Quo dicto legat Abbas lectionem de euangelio cum honore & tremore stantibus oibus. Qua plecta: respõdeant oẽs. Amen. Et subsequatur mox abbas hymnum. Te decet laus. Et data benedictione incipiant matutinos. Qui ordo uigiliarũ: omni tpe: tã estatis q̃ hyemis: equaliter in die dominico teneatur: nisi forte (quod absit) tardius surgatur: quia tunc ali

quid de lectionibus breuiandum est: aut respõso riis: quod tamẽ omnino caueatur ne proueniat. Quod si contigerit digne inde satisfaciat in oratorio per cuius euenerit neglectum.

¶ Qualiter matutinorum solemnitas agatur. Capꝫ. xii.

IN matutinis dñico die in primis dicatur sexagesimus sextus psalmus sine antiphona in directũ. Post quem dicatur quinquagesimus psalmus cũ alleluia. Post quem dicatur centesimus decimus septimus: & sexagesimus secundus: deinde benedictiões & laudes: Lectio de apocalypsi una ex corde: & responsoriũ: & ambrosianum: & uersus: & canticum de euãgelio: litaniæ: & completum est.

¶ Priuatis diebus qualiter matutini agantur. Capꝫ. xiii.

DIebus aũt priuatis matutinorũ solẽnitas ita agatur. i. sexagesimus sextus psalmus dicatur sine antiphona in directũ: subtrahẽdo modice sicut dominica: ut oẽs occurrant ad qnquagesimum: qui cũ antiphona dicatur. Post quẽ alii duo psalmi dicantur fm consuetudinẽ. i. secunda feria qntus & trigesimus qntus. Tertia feria quadragesimus secundus: & qnquagesimus sextus. Quarta feria sexagesimus tertius: & sexagesimus quartus. Quinta feria octuagesimus septimus: & octuagesimus

nonus. Sexta feria ſeptuageſim⁹ q̃ntus: & nona geſimusprim⁹. Sabbato aũt cẽteſim⁹ q̃drageſim⁹ ſcd̃s: & canticũ deuteronomii: qd̃ diuidat: in duas glorias. Nã cæteris diebus canticũ unũquodq̃ die ſuo ex ꝓphetis: ſicut pſallit eccl̃ia romana: dicat. Poſt hæc ſequãt laudes: deinde lectio una apl̃i memoriter recitãda. Rñſoriũ: ambroſianũ: uerſus: canticũ de euangelio: litaniæ: & cõpletũ eſt. Plane agenda matutina uel ueſptina nõ tranſeat aliqñ: niſi in ultimo ꝑ ordinẽ oratio dñica oĩbus audientibus dicat a priore: ꝑꝑ ſcandalorꝫ ſpinas q̃ oriri ſolent: ut cõuenti ꝑ ipſius oratiõis ſpõſionẽ: qua dicunt: dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitorib⁹ noſtris: purgẽt ſe ab huiuſmodi uitio. Cæteris uero agẽdis: ultima pars eius oratiõis dicat: ut ab omnibus reſpõdeatur. Sed libera nos a malo.

¶ Declaratio.

I Bi: litanię: & completũ eſt. ¶ Litanias intelligim⁹ kyrieleiſon: Chriſteleiſon: kyrieleiſon: Pater noſter. ita ut pronũciato Ver. & ne nos. & dñs uobiſcũ: immediate ſequat oratio: ꝑterq̃ ad primam: & ad completoriũ: & præterq̃ in triduo ante paſca: quo tempore dicimus officium ſecundum romanam curiam.

¶ In nataliciis ſanctorꝫ qualiter uigiliæ agant.

Cap. xiiii.

I Nſanctorꝫ uero feſtiuitatibus uel oĩbus ſolẽnita

tib⁹: ſicut dixim⁹ dn̅ico die age̅dū: ita agat̄: exce pto: q̃ pſalmi: aut antiphonę: uel lectōes ad ip̄m die̅ ptinētes dicāt̄: modus āt ſupra dict⁹ teneat̄.

¶ Declaratio.

I Bi. Sicut dixim⁹ dn̅ico die agendū. ¶ Declaram⁹ de ſcis nō debere fieri alr: q̃ duodecī lectiōes: aut cōmemoratione̅: p̄terq̃ ītra octauas: quo tpe tres debēt tm̄ lectōes dici. ¶ Itē: q̃ de oibus ſcis: quo rū noibus eccl̄iæ: ſeu monaſteria cōgregatiōi uni ta: dedicata ſunt: fiat p totā cōgregatione̅ noſtrā ſaltē cōmemoratio. ¶ Feſtū uero ſciſſimi patris nr̄i Bn̅dicti ī monaſteriis ac locis nr̄is celebre habeat̄: ita ut a fratribus: famulis: laborātibuſq̃ ab operibus ceſſetur: quemadmodum ſi feſtū ipſum ab eccleſia præceptum eſſet.

¶ Alleluia quibus temporibus dicatur.

Cap. xy.

A Sancto paſcha uſq̃ ad pentecoſten: ſine ītermiſſione dicat̄ alla: tā in pſalmis: q̃ in rn̅ſoriis. A pē tecoſte aūt uſq̃ ad caput q̃dragesimę: oib⁹ nocti bus cū ſex poſterioribus pſalmis: tm̄ ad nocturnos dicat̄. Omni uero dn̅ica extra quadrageſimā cātica matutini: prima: tertia: ſexta: nonaq̃ cū alleluia dicant̄: ueſpera uero cum antiphonis. Reſponſoria uero nunq̃ dicant̄ cum alleluia: niſi a paſcha uſq̃ ad pentecoſten.

Declaratio.

I Bi. Vſq̃ ad caput q̃drageſimę. ¶ Modern⁹ mod⁹

ecclíastic⁹ quē ēt nos seruam⁹: i uespis sabbati añ dñicam septuagesimæ terminat alleluia.

¶ Qualr diuina opa per diē agant. Ca. xvi.

VT ait Propheta: septies i die laudē dixi tibi. Qui septenarius sacratus numerus a nobis sic iplebit: si matutini primę: tertiæ: sextæ: nonæ: uesperi: cōpletoriiq; tpe nr̄æ seruitutis officia psoluamus: qa de his horis dixit Propheta: septies in die laudē dixi tibi. Ergo his tpibus referam⁹ laudes creatori nostro: sup iudicia iustitiæ suæ. i. matutinis: prima: tertia: sexta: nona: uespera: cōplectorio: & nocte surgamus ad confitendum ei.

Declaratio.

IBi. Matutini: primę. ¶ Matutinoꝝ horæ: qñ dñr separatim a nocturnis: sic temperari debēt p totū annum: ut illucescente die dicant.

¶ Quot psalmi p easdem horas dicendi sunt.

Cap. xvii.

IAm de nocturnis uel matutinis digessim⁹ ordinē psalmodię: nunc de sequentibus horis uideamus Prima hora dicant psalmi tres sigillatim: & non sub una gloria. Hymnus eiusdem horę post Versum: Deus in adiutorium meum intende: antequam psalmi incipiant. Post expletionē uero triū psalmorum: recitetur lectio una: uersus: & kyrieleison: & missæ sint. Tertia uero sexta: nona: eodē ordine celebret. i. uersus: hymni earūdē horaꝝ. Terni psalmi: lectio & uersus. kyrieleison: & mis-

Quot psalmi per easdē horas di. &c.

FRatres ſic ſibi inuicē ſeruiant: ut nullus excuſet̃ a coquinę officio: niſi aut ægritudine: aut in cāgra uis utilitatis quis occupatus fuerit: qa exinde ma ior merces acquirit̃. Imbecillibus aūt ꝓcurent̃ ſo latia: ut non cū triſtitia hoc faciāt: ſed habeāt oēs ſolatia ſcdm modū congregationis aut poſitōem loci: ſi maior congregatio fuerit: cellerarius excu ſet̃ a coquina: uel ſi qui (ut diximus) maiorib⁹ uti litatibus occupant̃. Cęteri uero ſibi ſub charitate inuicem ſeruiant. Egreſſurus de ſeptimana: ſab bato munditias faciat: linteamina: cū quibus ſibi fratres manus ac pedes tergūt: lauet: pedes uero tā ipſe: qui egredit̃ q̃ ille q̃ itraturus eſt: oibus la uent. Vaſa miniſterii ſui munda & ſana cellerario recōſignet: qui cellerarius itē intranti cōſignet: ut ſciat quid dat aut quid recipit.

¶Declaratio.

I Bi. Nullus excuſet̃. ¶ Ergo nec prior clauſtralis: maxime cum pręlatus erit in monaſterio: excepto cellerario: de quo infra in eodem capitulo: qui prior ad menſam quoq; etiam abſente pręlato le gere & ſeruire debet.

Diuiſio. Regula.

S Eptimanarii aūt ante unam horam refectiōis ac cipiant ſup ſtatutā annonā ſingulos biberes & pa nē: ut hora refectōis ſine murmuratione & graui

labore

labore seruiant fratribus suis. In diebus tñ solēni bus usq; ad missas substineant. Intrantes autē: & exeuntes hebdomadarii: in oratorio mox matutinis finitis dominica: omniū genibus prouoluantur: postulantes pro se orari. Egrediens aūt de septimana dicat hunc uersum. Benedictus es domine deus q adiuuisti me: & consolatus es me: quo dicto tertio accipiat benedictionē egrediēs: subsequatur ingrediēs & dicat. Deus in adiutorium meū intende: domine ad adiuuandū me festina. Et hoc idem tertio repetat' ab omnibus: & accepta benedictione ingrediatur.

¶ Declaratio.

IBi. Singulos biberes & panem. ¶ Infra de hebdomadario lectore dicit mixtū: quod intelligim' tm̄ uini q̄tū capere pōt unus scyphus: cū quo in refectorio bibitur: & circa uncias duas panis. ¶ Q d uero dr̄ de hebdomadariis coqnę: idē dicimus de oīb' officialibus q in suis officis occupati nequeūt primæ mensæ interesse: in ieiuniis uero de præcæpto: fieri pōt cū licētia superioris monasterii. ¶ Ibi prouoluant'. Declaramus: q̄ egrediēs de septimana dñico die finito matutino: stet genibus flexis ante altare: & dicat ter. Ver. Bñdictus es dñe deus &c. quo tertio a choro repetito: supior dicat. Ver. Saluū fac: chorus rñdeat. Rñ. Deus meus &c. Ver. Cōuertere. Rñ. Et deprecabilis. Ver. Dñs uobiscū. Rñ. Et cum spiritu tuo.

De infirmis fratribus.

Oratio. Deus cui humilium &c. Pro ingrediente dicatur ter ab ipso. Ver. Deus in adiutorium &c. & a choro respondeatur. Rñ. Domine ad adiuuãdum &c. Ver. Saluum fac. Rñ. Deus meus. Ver. Mitte ei domine &c. Rñ. Et de syon. Ver. Dñs uobiscum. Rñ. & cũ spiritu tuo. Oratio. Misericors ac piissime deus/qui: &c.

¶ De infirmis fratribus. Capꝯ. xxxvi.

INfirmorꝫ cura ante omnia & super oia adhibẽda est: ut sicut re uera Christo: ita eis seruiat: qa ipse dixit: Infirmus fui & uisitastis me. Et quod fecistis uni de his minimis meis: mihi fecistis. Sed & ipsi infirmi considerent in honorem Dei sibi seruiri: & non superfluitate sua contristent fratres suos seruientes sibi. Qui tamen patienter portandi sunt: quia de talibus copiosior merces acquiritur. Ergo cura maxima sit Abbati: ne aliquam negligẽtiam patiantur: quibus fratribus infirmis sit cella super se deputata: & seruitor timens deum: & diligens ac sollicitus.

¶ Declaratio.

IBi. Sit cella sup se deputata. ¶ Volumus inq̃tum fieri pót ut quilibet infirmus habeat lectũ separatũ: & cellã cũ camino. ¶ Ordinamus ẽt q̃ nullus fratrũ loquat cũ medico: aut ab eo petat cõsiliũ: sine licẽtia superioris: nec potionẽ aliquã: uel pillulas custodia egẽtes: sine spãli licentia medici ca

piat: in utroq; aũt p̃dictorũ casuũ: q contrafecerit dicat ter septẽ psalmos pniales cũ litaniis. ¶ Moneat plane medicus ꝓ audita diligẽter morbi q̃litate ab infirmo: remedia: medicinas: ac uitæ modũ nõ infirmo: sed infirmario notificet. Ad mensam: si plures sunt infirmi: cũ modestia sedeãt: & aliqd in principio refectõis saltẽ legat: nec bis in die carnes comedãt: nisi de cõsilio medicorũ: qb9 ẽt sufficere credim9 uncias octo ꝑ q̃libet psona. ¶ Sit ifirmi obediẽtes ifirmariis suis: & ecõtra ifirmarii sint discreti & cõpatiẽtes infirmis suis. In tangendo aũt corpora nuda infirmorũ sint ualde cauti infirmarii & seruitores: ut suadente necessitate id faciant & cum omni honestate.

¶ Diuisio. Regula.

BAlneorum usus: infirmis quotiens expedit: offerat: Sanis aũt & maxime iuuenibus tardius cõcedat: sed & carniũ esus infirmis oĩnoq; debilib9 ꝑ repatiõe cõcedat: at ubi meliorati fuerint a carnibus more solito oẽs abstineãt. Curã aũt maximã hẽat Abbas ne a cellerariis aut seruitorib9 negligant infirmi: qa ad ipsum respicit q̃cq̃d a discipulis delinquitur.

¶ Declaratio.

IBi, Balneorũ usus. ¶ Intelligim9 de balneis q̃ sunt in mõasteriis. ¶ Ad balnea uero: q̃ sunt extra monasteria ꝑpter periculũ animarũ nemo accedere præsumat sine licentia speciali capituli generalis:

ſi proxime fieri debet: & non ſit periculum in mō
ra: aliter præſidentis aut unius ex uiſitatoribus ſu
is: quando etiam maior inſtaret neceſſitas: & diſ
ferri non poſſet: ſufficiat licentia prælati ſui una
cum deputatis. ¶ Si igit̃ pro aliquo infirmo fra
tre petenda ſunt balnea: prælatus ipſe & non ali
us requirat ipſam licentiam. ¶ Et ne aliqua faci
litate inducant̃ fratres ad balnea requirenda: faci
lis eis licentia non tribuat̃: ſed ſiquis talibus in
diguerit: conſulat prælatus medicum: & ſi aliis re
mediis infirmo ſubueniri poterit hortet̃ ut faciat
quod ſi medicus eidem fratri uſum balneorū om
nino neceſſarium eſſe duxerit: tunc prælatus cū
conſenſu ſuorum deputatorum licentiam a capi
tulo generali: ſi tunc celebrabit̃: ſi nautem a patre
Præſidente: aut ab aliquo uiſitatorum petat: qua
obtenta: fratri indigenti a monaſterio ſuo ita pro
uideat̃: ꝙ non cogat̃ mendicare. ¶ Nec p̃ſumāt
fratres p balneis conſequendis infeſtare medicos
ſed tantum ſuorum ſuperiorum prouiſione iuxta
præſcriptam formam: qui indiguerit: accipiat.
¶ Quam quidem licentiam declaramus non ni
ſi per biennium ualituram: quo elapſo: & mona
ſterium ipſum: quod ad expenſas tenebat̃: liberū
remaneat: & denuo illā grām petere teneat̃: ſi īdi
guerit: ¶ Fratres igit̃ noſtrę congregationis eun
tes ad balnea: licet e diuerſis monaſteriis ibi con
ueniant: aliorum tamen monaſteriorum noſtro
rum

rum ſuperioribus deferant: quos ibi adeſſe conti gerit: conferantq; ſimul omnia tanquam fratres: & ſi commode fieri pōt ſimul cohabitent. ¶ Nec pecunias ꝓ expenſis balneorum ſibi creditas: alr expendere p̄ſumant: rectoq; itinere uadant: & reuertant: nullo pacto uagantes: aut ad loca alia diuertentes: contrafacientes dicant pſalteriū ex integro: ulterius arbitrio ſuperioris grauiter puniēdi. ¶ Ibi. Nō negligant infirmi: nō ſolum ī tpalibus: ſed nec in ſpūalibus ēt: ut uidelicet admoneant: ne omittāt ꝓpter infirmitatem confeſſionē: & cōionem temporibus conſuetis: immo hortēt ut ea crebrius faciant.

¶ De ſenibus uel infantibus.

Cap. xxxvii.

LIcet ipſa natura humana trahat ad miſericordiā in his ętatibus: ſenū uidelicet & infantū tn & regulę auctoritas eis ꝓſpiciat. Conſideret ſemp ī eis imbecillitas: & nullatenus eis diſtrictio regulę teneat in alimentis: ſed ſit in eis pia cōſideratio: & præueniant horas canonicas.

¶ Declaratio.

IBi ſenum. ¶ Non tam ætate: q̄ imbecillitate iuxtā prælati conſiderationem. ¶ Infantes uero omnino non recipimus ad religionē: ſicut ſupra dictū eſt in capto: de pueris minori ætate.

¶De hebdomadario lectore.
Cap̃.xxxviii.

MEnsis fratrum edentium lectio deesse non debet: nec fortuito casu: qui arripuerit codicem legere audeat ibi: sed lecturus tota hebdomada: dominica ingrediatur. Qui ingrediens post missas & communionem: petat ab omnibus pro se orari: ut auertat ab eo deus spiritum elationis. Et dicatur hic uersus in oratorio tertio ab omnibus: ipso tamen incipiente. Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam. Et sic accepta benedictione ingrediatur ad legendum. Summumq; fiat silentium ad mẽsam ut nullius musitatio uel uox: nisi solius legentis ibi audiatur. Quæ uero necessaria sunt comedẽtibus & bibentibus: sic sibi inuicem ministrent fratres: ut nullus indigeat petere aliquid. Siquid tamen opus fuerit: sonitu cuiuscunq; signi potius petatur q̃ uoce. Nec præsumat ibi aliquis: de ipa lectione: aut aliunde quicquam requirere: ne det occasio: nisi forte prior uoluerit p ędificatione aliquid breuiter dicere. Frater autem hebdomadarius accipiat mixtum priusquam incipiat legere: propter communionem sanctam: & ne forte graue sit ei ieiunium substinere. Postea autẽ cũ coqnę hebdomadariis & seruitoribus reficiat. Fratres autem non p ordinẽ legant aut cantent:

ſed qui ædificent audientes.

¶Declaratio.

IBi menſis fratrum. ¶Ad ſecundam menſam ubi fuerit maior congregatio non deſit lectio. ¶Et ibi lectio deeſſe non debet. ¶In lectionibus primæ menſæ hic ordo ſeruet. ¶Si dies illa ꝓpriũ habuerit euangeliũ eius homilia legat: item ſermones ſup eo iuxta diſpoſitionẽ ſupioris. Poſtea legant paſſiones ſcõrꝫ: poſtea de biblia: in fine cõmixtionis aliqd in uulgari legat: ut grammaticã ignorãtes aliquid unde ædificent: habeant: & ſpiritualiter paſcant: & ſpecialiter non omittat lectio regulæ in uulgari: quæ lecta fuerit in capitulo: cum tota integra declaratiõe ſua: q̃ etiam ad ſecundã menſam repetat. Cum uero cõtigerit ſuperiorẽ in conuẽtu legere: excepto prælato: is q immediate ſequit ſigna ꝑticularia faciat. ¶Ibi. Et cõmunionẽ: ¶Ex eo: qd hic btũs Benedictus dicit & infra in eodem capl'o: ibi: ꝓpter ſanctam cõmunionem: oſtendit: ꝙ quolibet dominico die fratres cõicabãt: quod ut fiat hortamur: ꝑſertim tꝑe quadrageſimali: & aduentus dñi: & in feſtis ꝑcipuis: non tamẽ aſtringim⁹ ꝑterq̃ in ꝑima dñica menſis cuiuſlibet: iuxta clemẽtinã: Ne in agro: niſi ſorte ob reuerentiã alicui⁹ feſti ſolẽnis differat: aut ꝑueniat huiuſmodi cõmunio: iuxta cõceſſionẽ dñi Eugenii Papæ quarti. ¶Si quãdo ãt ſacer

dotes propter infirmitatem: aut in die cœnæ domini: aut qui aliqua ex causa nõ celebrant: cõmunicare contigerit: iuxta decreta sanctorum patrũ: orarium semper siue stolam: super ambos humeros habeant: sicut quando celebrant. ¶ Fiat autẽ dicta cõmunio statim post cõmunionem sacerdotis: & sacramẽtum statim post cõmuniõem reportetur in locum suum anteq̃ missa finiat. ¶ Et cũ fratres omnes cõmunicãt: hortamur: q̃ prælatus audiat confessiones omnium fratrum nõ sacerdotum: si cõmode fieri potest. ¶ Et ibi: petat ab omnibus p̃ se orari. ¶ Stet in medio chori die dominica post sextã uersus altare genibus flexis: & dicto ter. Ver. Domine labia mea &c. & a choro repetito: Supior dicat. Ver. Saluũ fac. Rñ. Deus meus. Ver. Mitte ei domine. Rñ. Et de syõ. Ver. Dominus uobiscum. Rñ. Et cũ spiritu tuo. Oratio. Aufer ab hoc famulo tuo &c. ¶ Et ibi ingrediatur ad legendum. ¶ Facta benedictiõe lector non incipiat nisi fratres prius sederint ad mẽsam. Lecta uero breui particula lectionis: Superior faciat signum: post quod fratres incipiant comedere: & hoc ut aĩa prius q̃ corpus reficiat. ¶ Et in fine mensæ nemo exurgat: nisi prius respõso: deo gratias. ¶ Ibi. Vicissim: hæc uicissitudo intelligitur: q̃ quilibet legat: una hebdomada: alter alteri succedẽdo in hoc officio. ¶ Ibi. Mixtũ. ¶ Quod hic dicit mixtum: supra de septimanariis coquinę

dixit singulos biberes & panem: quorum uerborum expositionem: ibi uide.

¶De mensura ciborum. Cap. xxxix.

SVfficere credimus ad refectionem quotidianam tam sextæ q̃ nonæ: omnibus mẽsis cocta dua pulmẽtaria: ꝓpter diuersorum infirmitates: ut forte qui ex uno non poterit edere: ex alio reficiat. Ergo dua pulmentaria cocta fratribus sufficiãt: & si fuerint inde poma: aut nascentia leguminum: addat & tertiũ. Panis libra una ꝓ pensa sufficiat in die: siue una sit refectio siue prãdii & cœnæ. Q d̃ si cœnaturi sunt: de eadẽ libra tertia ps a cellerario reseruet: reddẽda cœnaturis. Quod si labor forte fact⁹ fuerit maior: in arbitrio & ptãte Abbatis erit: si expediat aliq̃d augere. Remota p̃ oibus crapula: ut nũq̃ surripiat monacho indigeries: qa nihil sic contrariũ est omni xp̃iano: quõ crapula sicut ait dn̄s noster. Videte ne grauent corda uestra ĩ crapula & ebrietate. Pueris uero minori ęta te nõ eadẽ seruet q̃titas: sed minor: q̃ maioribus: seruata in oibus parcitate. Carniũ uero quadrupedum omnino ab omnibus abstineat comestio: præter omnino debiles & ægrotos.

¶Declaratio.

SVfficere credimus &c. ¶Iuxta morem antiquũ

noſtrum quando ieiunamus damus ferculũ: pitã tiam: & fructus: uel aliquid loco fructuũ: addunt aliqñ oluſcula cocta uel cruda. ¶ Quando uero nõ ieiunam⁹ dat ferculũ aut oluſculũ & pitãtia & fruct⁹. ¶ Et Ibi panis libra una: cũ pondus librę ut habuimus a monaſterio noſtro Caſinẽſi ſit un ciarũ triginta triũ & ſemis: utuix tm panis un⁹ fra ter die una mãducare poſſit: uolumus cõſuetudi nem noſtrã ſeruari: ut ſcilicet apponat panis q̃tũ ſatis eſt. ¶ Ibi q̃drupedũ: multomagis uolatiliũ: quã phibitionẽ ſeruare uolum⁹ ẽt in itinere cõſti tutos. ¶ Vnde ut honeſtas religiõis arctius cõſer uet: & nulla ꝓximis ꝓp hoc ſcandali p̃beat occa ſio: ordinamus: ac ſtrictius phibem⁹: ne quis no ſtræ congregationis: etiã ſi hoſpes fuerit extra ip ſius congregatiõis monaſteria carnes ullatenus manducare p̃ſumat: neq; ẽt in locis uel membris eis annexis: ceſſante legitimo infirmitatis impedi mẽto: q̃ forte ei extra dicta monaſteria poſito ſu puenerit: aut ſi cauſa infirmitatis ad balnea acceſ ſerit: cui ꝓ ſui ſubſtentatione eo caſu carnes come dere: ſtando & redeũdo de indulgentia ſingulari concedimus: qd tñ ita fiat: ut nemini ſcandalum præbeat: quã cõſtitutionẽ ſiquis tranſgreſſus fue rit: quot uicibus carnes comederit tot diebus ie iunet in pane & aqua. ¶ Abſolutionem uero ab huiuſmodi peccato: p̃ſidenti: aut uni ex uiſitatori bus reſeruamus: ubi uero alterius eorum p̃ſentiã

cõmode adiri non posset: si Prelatus ab uno ex se nioribus monasterii: si monachus a plato absoluat: hac iniuncta pnia: ut qprimũ cõmode poterit: alteri pdictorum se præsentet: quas pœnas incurrere: uolumus etiã illos: qui (qd absit) suadente diabolo in monasteriis uel extra carnes comederint. ¶ Quod si q conuicti fuerint: contra huiusmodi cõstitutionẽ itus uel extra carnes sine licẽtia comedisse: ieiunent tot diebus in pane & aq in refectorio in terra: quotiens cõtrafecerint: & insuper stent per mensem degradati.

¶ De mensura potus. Capꝑ. xl.

VNusquisq; pprium habet donũ ex deo: alius sic alius uero sic. Et ideo cum aliqua scrupulositate a nobis mensura uictus aliorum constituit: tamẽ infirmorum cõtuentes imbecillitatem credimus eminam uini per singulos sufficere per diẽ. Quibus autem donat Deus tolerantiam abstinentię. Propriam se habituros mercedem sciant. Quot si aut loci necessitas: uel labor: aut ardor æstatis amplius poposcerit in arbitrio prioris consistat: considerans in omnibus: ne surrepat satietas: aut ebrietas: licet legamus uinum omnino monachorum non esse. Sed quia nostris temporibus id monachis persuaderi non potest: saltem uel hoc consentiamus: ut non usque ad

ſatietatem bibamus: ſed parcius: quia uinum apo ſtatare facit etiã ſapientes. Vbi autem loci neceſſi tas expoſcit: ut nec ſupraſcripta menſura inueniri poſſit: ſed multo minus: aut ex toto nihil: benedi cant deum: qui ibi habitant: & non murmurent: Hoc autem omnino admonẽtes: ut abſq; murmu rationibus ſint.

¶ Declaratio.

I Bi. Heminam uini. ¶ Quia ut ex monaſterio no ſtro Caſinenſi percæpimus: hemina uini eſt mul to plus: q̃ cõmuni neceſſitati unius monachi ſuf ficiat. Ideo de uino damus unicuiq; quantũ ſuffi cit: ita tamen: ut iuxta regulam ebrietas: uel ſatie tas nõ ſurrepat. Quapropter monemus fratres: ne bibãt uinum purum: niſi infirmitas hoc requi reret. Et ut ab actibus ſæcularibus nos faciamus alienos: bibimus in ſcyphis fictilibus: in refecto rio: tenentes illos utraq; manu: quando bibim⁹. In aliis uero locis: poſſumus uti uitreis.

¶ Quibus horis oporteat reficere fratres. Capꝯ. xli.

A Sancto Paſcha uſque ad Pentecoſten ad ſextam reficiant fratres: & ad ſeram cœnent. A Penteco ſte autem tota æſtate: ſi labores agrorum non ha bent monachi; aut nimietas æſtatis non pertur

bat: Quarta & ſexta feria ieiunent: uſq; ad no/
nam: reliquis uero diebus ad ſextam prandeant:
Quæ prandii ſexta: ſi opera in agris habuerint:
aut æſtatis feruor nimius fuerit: continuanda
erit: & in Abbatis ſit prouidentia. Et ſic omnia
temperet: atq; diſponat: qualiter & animæ ſaluen
tur: & quod faciunt fratres: abſq; ulla murmura/
tione faciant. Ab Idibus autem Septembris: uſq;
ad caput quadrageſimæ ad nonam ſemper refi/
ciant fratres. In quadrageſima uero uſq; ad pa/
ſcha ad ueſperam reficiant. Ipſa tamen ueſpera ſic
agatur: ut lumine lucernæ non indigeant refi/
cientes. Sed luce adhuc diei omnia conſumentur.
Sed & omni tempore/ ſiue cœnæ: ſiue refectio/
nis hora ſic temperetur: ut cum luce fiant omnia.

¶ Declaratio.

IBi. A Sancto Paſcha. ¶ Hortamur Patres: ut ſua
deant fratres ieiunare ſexta feria: hoc tempore ſci
licet inter utrunq; paſcha: propter reuerentiam
diei ipſius: in qua Dominus noſter Ieſus Chri/
ſtus paſſus eſt: ad ædificationem proximorum: &
in compenſationem aliorum ieiuniorum: in qui/
bus diſpenſamus aliis temporibus. ¶ Et ibi. Ab
Idibus Septembris. ¶ Intelligitur excluſiue: pro
ut declarabit in capitulo de opere manuum quo
tidiano ſuper uerbo uſq; ad kalendas Octobris.

Quib⁹ horis oporteat reficere frẽs.

¶ Et ibi. Vſq; ad caput quadrageſimæ ad nonam ſemper reficiant fratres. ¶ Declaramus ſecũdum conſuetudinem eccleſiæ: hoc ieiunium non eſſe ſeruandum in dominicis diebus. ¶ Diſpenſamus autem in infraſcriptis diebus propter reuerẽtiam ſolennitatum. In feſto ſancti Matthei Apoſtoli. Dedicationis ſancti Michaelis. Sanctæ Iuſtinæ de Padua. Sancti Lucæ. Sanctorum Symonis & Iudę. Omnium Sanctorum. Sancti Martini. Sancti Andreæ: quando celebratur extra aduentum: Natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti cũ duobus ſequentibus diebus. Circunciſionis ipſius. Epiphaniorum eius. Sancti Antonii abbatis. Purificationis beatæ Mariæ uirginis. Sancti Matthiæ: quãdo extra quadrageſimam uenit: & Tituli loci. ¶ Et licet experientia docti: quæ reę magiſtra eſt aperte cognoſcamus: quia nimia recreationũ relaxatio potius diſtrahat & eneruet: q̃ recreet: & proficiendi materiam ſubminiſtret: tamen infirmitati humanæ condeſcendentes: fratribus noſtris concedimus: ut ante aduentum Domini: una duntaxat die: ante uero quadrageſimam duobus ſolummodo diebus ieiunium relaxetur: quatenus huiuſmodi relaxatione præmiſſa alacrius poſtmodum: atq; feruentius debitum ſuæ ſeruitutis perſoluant: & per monaſteria congregationis uniformitas obſeruetur. ¶ Sed ne regularis obſeruantiæ diſciplina confundatur fratres in mo-

nasterio consistentes: conuentualiter tūc tempo-
ris extra refectorium pro refectione ordinaria nō
manducent. ¶ Dispensamus autem ab Idibus Se
ptembris usq; ad aduentum: & a festo natiuitatis
usq; ad caput quadragesimæ tertia & qnta feria: &
Sabbato detur pro collatione serotina in refecto-
rio modicum panis duarum uidelicet: uel trium
unciarum: præterq̄ si dies ieiunii fuerit de præcæ
pto. ¶ Ibi. In quadragesima usq; ad Pascha ad ue
speram semper reficiant. ¶ Hoc quadragesimæ tē
pore ita moderētur diuina officia: ut hora nona:
quæ est in meridie: completa sint & persoluta: po
stea reficiant fratres. ¶ Ibi cum luce fiant omnia.
¶ Quia nostris temporibus diuina officia ita au-
cta sunt & officiorum solennitates. q̄ quando ip-
se solennitates occurrunt in diebus: in quibus nō
est ieiunium hyemis tempore: quo dies sunt bre-
uissimi: non uidemus cœnam fieri posse cum luce
absq; manifesta corporis læsione: Et si uoluerimus
diuinorū celebrationem multum tēpestiue expedi
re: cum maiore ex parte monasteria nostra habeāt
maximum populi cōcursum: eis scandalum gigne
retur: & malum exemplum caperent: de utraq; tē
pestiua refectione. Cōsiderato etiam q̄ nō deuiat
a iustitia: uariare quandoq; antiqua propter rerū
& causarum uarietatem & propter nouos ecclesię
ritus. Propterea dispēsando ordinamus: q̄ a festo
oīum Sctōrū: usq; ad diem purificatiōis beatę Ma

Vt post cōpletoriū nemo loquat.

riæ inclusiue fratres in supradictis diebus cœnet exeuntes a completorio cum silentio tamen.

¶ Vt post completorium nemo loquat. Cap. xlii.

OMni tempore silentio debent studere monachi: maxime tamen nocturnis horis. Et ideo omni tē pore siue ieiunii siue prandii: si tempus fuerit prā dii: mox ut surrexerint a cœna: sedeant omnes in unum: & legat unus collationes: uel uitas patrū: aut certe aliquid: quod ædificet audientes. Non autem heptaticum aut regum: quia infirmis intel lectibus non erit utile illa hora hanc scripturam audire: aliis uero horis legantur. Si autem ieiunii dies fuerit: dicta uespera paruo interuallo: mox accedant ad lectionem: ut diximus. E lectis qua tuor aut quinq; foliis: uel quantum hora permit tit: omnibus in unum concurrentibus per hanc moram lectionis, siquis forte in assignato sibi cō misso fuerit occupatus: occurrat. Omnes ergo in unum positi compleant: & exeuntes a completo rio: nulla sit licentia denuo cuiquam loqui aliqd. Q d si inuentus fuerit quisquam præuaricari hāc taciturnitatis regulam: grauiori uindictæ subia ceat. Excepto si necessitas hospitum superuene rit: aut forte Abbas alicui aliquid iusserit. Quod tamen & ipsum cum summa grauitate & modera tione honestissime fiat.

Declaratio.

¶Declaratio.

IBi. Mox ut surrexerint a cœna. ¶Intellige mox largo mõ: quia plerũq; differũt per horã: uel amplius: ne hmõi lectio ob recentẽ cœnam sit tediosa: Pro qua lectione pulsat primum cõpletorii signum: & fratres omnes in capitulo cõueniunt ad huiusmodi lectionem. ¶Et ibi. Quantum hora permittit. ¶Aduertimus: prout infra ordinabimus spatia diei: quorum quodlibet opus suũ habet: q̃ hora permittit tantum lectiõem unius horæ quarta parte: & nõ ultra durare posse.

¶De iis qui ad opus dei uel mẽsã tarde occurrũt. Capẽ. xliii.

AD horam diuini officii: mox ut auditum fuerit signum: relictis omnibus: quælibet fuerint in manibus summa cum festinatiõe curratur: cum grauitate tamen: ut non scurrilitas inueniat fomitẽ. Ergo nihil operi dei præponatur. q̃ si quis ad nocturnas uigilias post gloriam Psalmi nonagesimi quarti: quem propter hoc omnino ꝓtrahẽdo & morose uolum⁹dici: occurrerit: nõ stet in ordine suo in choro: sed ultimus omniũ stet: aut in loco: quem talibus negligentibus seorsum cõstituerit Abbas. ut uideatur ab ipso: uel ab omnibus: usq; dum cõpleto opere dei: publica satisfactione pœniteat: Ideo aũt eos in ultimo: aut seorsum iudicauimus debere stare: ut uisi ab oibus: uel ꝓ ipsa ue

De iis q ad opus dei uel mẽsam occurrũt.

recundia sua emendent. Nã si foras oratorium remaneant: erit forte talis: qui se aut recollocet: & dormiat: aut certe sedeat foris: uel fabulis uacet: & dat occasio maligno. Sed ingrediat intro: ut nec totũ perdat: & de reliquo emendet. Diurnis autẽ horis: qui ad opus dei post uersum & gloriã primi Psalmi: Qui post uersum dicitur: occurrerit: lege qua supra diximus in ultimo stet: nec præsumat sociari choro psallẽtium usq; ad satisfactionem: nisi forte Abbas licentiam dederit permissiõe sua: ita tamẽ: ut satisfaciat reus ex hoc.

¶ Declaratio.

AD horam diuini officii &c. Quam sollicitos nos uelit esse ad diuina officia bteatissimus Pater noster Benedictus in his uerbis ostendit. Ideoq; aliquid strictius suadẽte ratione: ab ipsa tamen regula nõ discedẽtes ordinandum duximus. ¶ Vt uidelicet ad nocturnas uigilias seruet ad lrãm regula. Sed qñ dicit officium beatę uirginis: in principio nocturnalis officii: qui uenerit post hymnũ genuflectat: & uadat ad locũ suũ. Qui uero post gloriã primi psalmi genuflectat & se excuset: uel locũ negligentium petat. ¶ Ad laudes uero diei: quãdo dicunt segregatæ a nocturnis: post gloriã psalmi. Deus misereat: qui uenerit: genuflectat: et facto signo a superiore surgens uadat ad locũ suũ. Si uero post gloriã sequentis psalmi uenerit: genuflectat: factaq; excusatione & accæptata: ua-

dat ad locū suū: aut cōscius negligētię: stet in ultima chori sede: quā huiuscemodi negligētib⁹ deputam⁹. ℂ In diurnis uero horis: qui uenerit post hymnū qui præmittitur psalmis: genuflectat: ut supra & uadat ad locum suum: si autem post gloriam primi psalmi etiā in horis: in q̃bus hymnus nō præmittitur psalmis: occurrerit: genuflectat: & excuset se: uel pœniteat: ut supra. ℂ Ad lectionem uero quæ dicit̃ ante cōpletoriū: Qui occurrerit: postq̃ data benedictione lector incœperit legere: genuflectat: & se excuset: aut ultim⁹ sedeat. ℂ Ad cōpletorium uero: si non interfuerit lectioni nec se excusauerit: quādocūq; occurrerit: genuflectat: & se excuset: aut in ultimo stet. Si uero se excusauerit: aut interfuerit lectioni: & inde cum licentia recesserit: et post absolutionem: quæ datur in pricipio completorii uenerit: genuflectat: & uadat ad locum suum: si uero post gloriam primi psalmi uenerit: genuflectat: & se excuset: aut ultimam sedem petat. ℂ Ibi dum completo opere Dei publica satisfactione pœniteat. ℂ Hæc publica satisfactio: actu fiat potius q̃ uerbo propter silētium: ideo huiusmodi frater completo diuino officio: in medio chori coram superiore genibus flexis tamdiu maneat: quousq; superior faciat ipsi signum.

ℂ Diuisio. Regula.

AD mensam aūt: qui ante uersum non occurrerit:

De his qui ad opus dei uel mãsam occurrũt.

ut simul omnes dicant uersum: & orẽt: & sub uno omnes accedant ad mensam: qui per negligentiã suam: aut uitium non occurrerit: usq; ad secundã uicem pro hoc corripiatur: si denuo non emenda uerit: non permittat ad mensæ communis participationem: sed sequestratus a cõsortio omnium reficiat solus: sublata ei portione sua de uino usq; ad satisfactionem & emendationem. Similiter autem patiat: qui ad illum uersum non fuerit p̃sens qui post cibum dicit. Nec quisquam pręsumat ante statutam horam: uel postea quicquam cibi uel potus percipere. Sed & si cui offert aliq̃d a priore: & accipere nuuerit: hora qua desiderauerit: hoc q̃d recusauit: aut aliud omnino nõ percipiat: usq; ad emendationem congruam.

¶ Declaratio.

IBi: ut simul omnes dicant uersum. ¶ Declaramus sufficere: q; frater sit intra hostium refectorii: anteq̃ fratres incipiant prosequi benedictionem: a maiore ĩcœptam. ¶ Et ibi. Propter id corripiat. Ordinamus: q; tam negligentes: q̃ etiam qui fuerint iusta causa occupati: ut disciplina & humilitas ostẽdat: genuflectant: & facto sibi signo a superiore: surgant: & causam suæ tarditatis ipsi superiori pandant summissa uoce: ut cognoscat negligens a legitime occupato. ¶ Seruitores uero coquinæ licet genuflectant: non tamen se excusent

quia

quia ſatis liquet eos legitime occupatos. ¶ Siq̃s autem legitime occupatus: non poſſet ire ad officium: aut exercitium: uel ad menſam: uel quando aliter conuentus congregat excuſationem ſuam per ſe uel per alium faciat: dicendo ſuperiori cauſam ſuæ occupatiõis. ¶ Si uero alicui neceſſe fuerit diſcedere ab officio ſiue ab exercitio: ſiue a conuentu quomodocunq; cõgregato p paruum temporis ſpatium: licẽtiam a ſuperiore ſolo nutu petat. Cui uero neceſſe eſſet diſcedere animo non redeundi dicat cauſam ſuperiori: & ſuper hoc obtineat licẽtiam particularem. ¶ Prælati uero ad alia euntes monaſteria: pro benedictione: aut intrantes chorũ uel refectorium: ſi tarde eos cõtingat occurrere: non genuflectant: nec etiam licentiam petant: ſi inde abire uoluerint: niſi fuerit ibi pater Præſidens.

¶ De iis q̃ excõicant quomodo ſatiſfaciant. Cap̃. xiiii. xliiii

QVi p graui culpa ab oratorio & a menſa excõicat: hora qua opus dei in oratorio celebrat: ante fores oratorii proſtratus iaceat: nihil dicens: niſi tm̃ poſito in terra capite proſtratus: pronus: omnium de oratorio exeuntium pedibus. Et hoc tã diu faciat: uſq; dum Abbas iudicauerit ſatiſfactũ eſſe. Qui dum iuſſus ab Abbate: uenerit: uoluat ſe ipſius Abbatis pedibus: deinde omnium

uestigiis fratrum: ut orent p ipso: & tunc si iusserit Abbas recipiat in choro: uel i ordine: quo Abbas decreuerit: ita sane: ut psalmũ aut lectionem: uel aliud quid non præsumat in oratorio imponere: nisi iterum Abbas iubeat. Et omnibus horis: dum complet opus dei: piiciat se in terram in loco: in quo stat: & sic satisfaciat: usq; dum ei iubeat iterum Abbas: ut quiescat iam ab hac satisfactione. Qui uero pro leuibus culpis excõmunicatur tãtum a mensa in oratorio satisfaciat: usq; ad iussionem Abbatis hoc perficiens: usq; dum benedicat: & dicat: sufficit.

¶ De iis qui fallunt in oratorio. Cap. xlv.

SIquis dum pnunciat psalmum: rñsoriũ: aut antiphonam: uel lectionem fallit: nisi cum satisfactione: ibi coram omnibus humiliatus fuerit maiori uindictæ subiaceat: quippe qui noluit humilitate corrigere: quod negligentia deliquit. Infantes uero pro tali culpa uapulent.

¶ Declaratio.

IBi. Coram omnibus. ¶ Declaramus: q̃ quãdo error est modicus: sufficiat tangere terram manu. Sed si error fuerit notabilis: ut puta quando suo excessu alios errare fecerit: aut necesse fuerit emẽdari legendo aut cantando: aut magnũ strepitum

fecerit: mox completa lectiõe uel antiphona: aut cantu: ſi in his fuerit occupatus: genuflectat ante ſuperiorem: donec ſignum ſibi factum fuerit.

¶ De iis qui in aliis quibuſlibet rebus fallunt. Cap̃. xlvi.

SIquis dum in labore quouis: in coquina in cellario: in miniſterio: in piſtrino: in orto: in arte aliqua dum laborat: uel in quocũq; loco aliquid deliquerit: aut fregerit quippiam: aut perdiderit: uel aliud quid exceſſerit ubiubi: & non ueniens continuo ante Abbatem uel congregationem ipſe ultro ſatiſfecerit: & prodiderit delictum ſuum: dum per alium cognitum fuerit maiori ſubiaceat emendationi. Si animæ uero: peccati cauſa latens fuerit: tantum Abbati: aut ſpiritualibus ſenioribus pateſaciat. Qui ſciant curare ſua & aliena uulnera: non detegere: aut publicare.

¶ Declaratio.

IBi. Et non ueniens continuo. ¶ Declaramus hoc eſſe ſeruandum: quãdo Abbas ibi adeſſet: aut in loco propinquo: & hoc delinquens ſcierit: alias ſatiſfaciat ante congregationẽ in ſequenti capitulo: quod ob hoc uolumus teneri ſingulis diebus poſt primã: præterq̃ in diebus feſtiuis: ut ſupradiximus. Cõſiderato tñ: q̃, ſi contingeret fratrem cõ

De iis q in aliis q̃buſlibet rebus fallunt.

commiſiſſe mortale peccatum: quod abſit: & hoc eſſet notorium: licet dicat culpam ſuam in capitulo ob ſatiſſactionem fratrum: confiteatur tamẽ & ſuo confeſſori: Qui eum in forma eccleſiæ abſoluat: alias non eſſet abſolutus. ¶ Ibi. Si animę cauſa latens fuerit. ¶ Diligenter hic eſt animaduertẽdum: q̃ ſi regula præcipit in fractura rerum inſenſibilium: & in exceſſibus: qui palam contra proximum committuntur: mox illos debere manifeſtari Prælato: & ſatiſſacere: quanto magis credendum eſt illos occultos: & ſpirituales defectus: qui deum immediate offendunt: & perimunt ac frangunt animam: debere fratres mox cõfiteri & pro illis ſatiſſacere. ¶ Et quia quaſi continue delinquimus: & ſepties in dies cadit iuſtus: & ne patres occupati tota die teneantur/ſtatuimus: ut quilibet frater confiteatur ſaltem in hebdomada: Quod tempore Sãctiſſimi Patris noſtri Benedicti ſeruabatur: Eo q̃ in capitulo de hebdomadario lectore dicit: q̃ lector accipiat mixtum ꝓpter ſanctam cõmunionem. Quæ cõmunio fiebat ſingulis dominicis: & conſequenter confeſſio. Cõtrafaciens dicat ſuam culpam in capitulo: & comedat in terra in refectorio. ¶ Ordinamus item: q̃ nullus ex nr̃a congregatione/monachus: cõmiſſus: uel nouitius: extra ſacramentalem confeſſionẽ legitimis factã ſacerdotibus aliquid ſecreto recipiat ſub ſigillo cõfeſſionis ab aliquo de ipſa cõgregatione.

Nota

Contrafacientes uero non possint absolui a tali inobedientia nisi a suo Prælato iniuncta eis pnia ieiunandi tribus diebus in pane & aqua intra unius mensis spatium.

¶De significāda hora opis Dei. Cap̄.xlyii.

NVntianda hora opis Dei die noctuq; sit cura Abbatis: aut ipse nuntiare: aut tali sollicito fratri iniūgat hanc curam: ut omnia horis competentibus compleantur. Psalmos autē uel antiphonas post Abbatem ordine suo quibus iussum fuerit: imponant. Cantare autem & legere non præsumat: nisi qui potest ipsum officium implere: ut ædificentur audientes. Quod cum humilitate & grauitate & tremore faciat: & cui iusserit Abbas.

¶Declaratio.

NVntiāda hora opis Dei &c. ¶Imponat hoc officium sacristę. ¶Ibi cantare: aut legere. ¶Idcirco debentes legere aut cantare: p̄uideant lectiones quas debent legere: aut cantare: præparentq; libros tempore congruo: adeo q̄ scandalum non sequatur. Contrafaciētes grauiter puniātur. ¶Ibi. Qui possit dictum officium implere. ¶Ideoq; ordinamus q̄ patres monasteriorꝝ nostræ congregationis cū consilio suorꝝ seniorꝝ fratres: quos ad discendū idoneos iudicauerint; in grāmatica: & cā-

tu plano: & casibus conscientiæ sollicite instrui faciant a fratribus doctis: si cõmode fieri potest: sin autem ab aliis mercede conductis: si possibilitas loci permiserit. ¶ Cum uero impium: & a monastica disciplina alienum sit inertia: ocioq; languescere & ab antiquis patribus: qui ecclesiam militãtem omni doctrinæ genere & facultate illustrarũt filios degenerare: ut huiusmodi ignominiam & notam fugiamus: ociumq; & nugas: efficax diaboli uirus euitemus: diuinarũq; scripturarum speculationi efficacius intendere possimus: simul ut coalescenti in dies: auctore Deo congregationi nostræ: hæc etiam inter cætera: sciẽtiæ gemma nõ desit: hac præsenti constitutione decernimus: ut ordinatione antiqua de docenda grammatica: & casibus conscientiæ: quam præsenti statuto renouamus: & pro inserta haberi uolumus: ab omnibus patribus monasteriorum nostrorum seruata Prælati infrascriptorum monasteriorum etiam in iure canonico: in logica quoq; & Theologia magistros conducere procurent. ¶ Et ut fratres nostri ardentius præfatis studiis incumbant: quo maior eis commoditas data fuerit: hortamur Prælatos & superiores monasteriorũ per uiscera misericordiæ Dei nostri: ut omnem eis cõmoditatem tribuant: etiam a cõmunibus exercitiis & ab aliquibus horis canonicis: non tamen diebus festis: nec prætermissa oratione mentali: integra etiam pro ui

ribus regulari obſeruantia: ſi opus fuerit eximen-do. ¶Pro fratrum quoq; ſtudio uacantium diligentiori cuſtodia & ſeueriori diſciplina: atq; ut tempus non inutiliter conteratur: unus ex deputatis monaſterii qui ſcholis præſideat: eligatur. Qui cuncta ſecundum Deum & profectum ſcholarium exequens pro uiribus ſemper adeſſe procuret. ¶Monaſteria uero: in quibus hoc ſtudium erigitur: hæc ſunt. ¶Caſinenſe. ¶Neapolitanum. ¶Peruſinum. ¶Florentinum. ¶Parmenſe. ¶Mantuanum. ¶Patauinum. ¶Sancti Georgii. ¶Et ſancti Saluatoris. Ad quæ quidem monaſteria fratres idonei: cum in monaſteriis ſuis in grammatica prius inſtructi fuerint: per patres diffinitores in aliis ſcientiis erudiendi: traducentur.

¶De opere manuum quotidiano. Cap. xlviii.

OCioſitas inimica eſt animæ: & ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum: certis iterum horis in lectione diuina. Ideoq; hac diſpoſitione credimus utraq; tempora ordinari. i. ut a Paſcha uſq; ad kalendas Octobris mane exeuntes a prima uſq; ad horam pene quartã laborent: qd neceſſariũ fuerit: ab hora aũt quarta uſq; ad horã quaſi ſextam: lectioni uacent

¶ De opere manuum quotidiano.

Post sextam autem surgentes a mensa: pausent in lectis suis cum omni silentio: aut forte: qui uoluerit sibi legere: sic legat: ut alium non inquietet. Agatur nona temporius mediante octaua hora: & iterum quod faciendum est: operentur usq; ad uesperam. Si autem necessitas loci: aut paupertas exegerit: ut ad fruges colligendas per se occupentur: non contristentur: quia tunc uere monachi sunt: si de labore manuum suarum uiuunt: sicut & patres nostri & Apostoli. Omnia tamẽ mẽsurate fiant propter pusillanimes.

¶ Declaratio.

IBi. Credimus utraq; tempora ordinare. ¶ Quia diebus nostris occupationes maiores antiquis tẽporibus monachis excreuere: tam in diuinis officiis q̃ circa fraterna obsequia: ideo uidetur nobis difficillimum quodammodo posse regulam seruare secundum diuisiones suas: præcipue hyemali tempore: quo diei breuitas uix finit monachos diuini officii debitum exsoluere. ¶ Attendentes igitur: ꝙ nec regula ita firmiter ista diuidit tempora: ꝙ omnino uelit illa seruari: sicut uerbum sonat: declaramus per infrascripta tempora horarum tantummodo spatia terminari: pleniori continuatione ipsorum spaciorum: sicut fieri poterit. Ordinando ꝙ Prælati monasteriorum

nostrorum intra illa occupent fratres in lectionibus & exercitiis: prout ipsi cũ suis senioribus melius expedire iudicauerint: pro pace fratrũ & utilitate monasteriorum nostrorum. Ita ꝙ in fratribus nulla ociositas notari possit. ¶Igitur a Pascha usq; ad kalendas octobris pro prima pulsetur in ortu Solis. Et completo capitulo post quartam unius horæ: pulsetur pro tertia missa & sexta.
¶Quibus dictis si missa fuerit cãtata: & dictum officium beatæ Mariæ uirginis fit interuallum dimidiæ horæ. ¶Si uero missa non fuerit cantata: aut non fuerit dictum officium beatæ Mariæ fit interuallum unius horæ. ¶Si autem nec missa fuerit cantata: nec dictum officium beatæ Mariæ: fit interuallum unius horæ & dimidiæ. Postea fit signũ a sacrista campana per quinq; ictus: & massarius pulsat ad mensam primum signum. Quod durare debet spatio unius Pater/& Aue maria.
¶Et præparet tali tempore: ut pulsato primo signo post modicum interuallum pulset pro secundo: quod durare debet per duo miserere. Et sic seruetur pro pulsatione cœnæ. ¶Prædicta spatia seruantur: quando non est ieiunium. Sed si est ieiunium addatur prædictis spatiis hora una. ¶Ibi. Vsq; ad kalẽdas Octobris. ¶Intellige omnes kalendas: quæ sunt decem & octo: aliter contradicet ei: quod statuit supra in capitulo. Quibus horis oportet reficere fratres. Vbi dicit: ꝙ ab Idib⁹

Septembris uſq; ad caput quadrageſimæ ad no/
nam ſemper reficiãt fratres. ℭ Et ſic incipimus ie
iunare & ceſſare a meridiana dormitione: in ipſa
die: in qua occurrit feſtum ſanctæ crucis. ℭ Ibi.
Lectioni uacent. ℭ Diſpenſamus: q̃ fratribus no
ſtris: poſt refectionẽ primæ menſæ p̃ ſpatium uni/
us horæ liceat ire per ortum: aut per monaſteriũ
pro ſua recreatione: dum tñ alter alteri ſe non cõ/
iungat: abſq; patris: aut ſenior̃ licentia. ℭ Præla
ti uero monaſteriorũ noſtrorum ſint benigni ad
concedendam licentiam fratribus noſtris: pro eo
rum recreatione: præcipue in ſolẽnitatibus dupli
cibus: excæptis illis: quæ occurrunt in quadrage/
ſima & aduẽtu. ℭ Elapſa uero una hora poſt pri/
mam menſam: ut ſupra pulſetur pro dormitione
incipiendo a Paſcha: niſi occurrat in menſe Apri/
lis. ℭ Quo caſu diſpenſamus: q̃ prefata dormitio
incipiat in feſto ſanctiſſimi Patris noſtri Benedi/
cti: & dormiant fratres per unius horæ ſpatium
uſq; ad medium Aprilis: inde uſq; ad mediũ Au/
guſti: duar̃. Et inde uſq; ad Idus Septembris per
unius horæ: ut ſupra: ſpatium dormiant. ℭ Quo
tẽpore dormitionis: qui non uult dormire: ſeruet
ſilentium in cella: nec illo tempore uaget̃ per mo
naſteriũ: nec in aliis exercitiis occupet̃. Poſt dor/
mitionẽ pulſet̃: & dicatur nona. ℭ Quando non
eſt ieiuniũ: ueſperę pulſentur: hoc tpe: tali hora:
ut iis dictis: uſq; ad cœnam ſit interuallum unius

dormitio

horæ. ℭ Cœnæ hora uigesima prima. ℭ Pro completorio omni tempore pulsetur: circa horam uigesimã tertiam: & quartam partem unius horæ: excepto quadragesimali tempore.

ℭ Diuisio prima. Regula.

A kalendis autem Octobris usq; ad caput quadragesimę: usq; ad horam secundam plenam lectioni uacent. Hora secunda agat' tertia: & usq; ad nonã omnes in opus suum laborent: quod eis iniungitur. Facto autem primo signo nonæ horæ disiungant se ab opere suo singuli: & sint parati: dum secundum signum pulsauerit. Post refectionem aũt uacent lectionibus suis: aut psalmis.

ℭ Declaratio.

A kalendis autem Octobris. ℭ Intellige inclusiue: uidelicet oẽs kalendas illius mensis includendo. ℭ Ibi. usq; ad caput quadragesimæ. ℭ Hoc tẽpore pulset' pro prima in aurora: & post primam uadunt fratres in capitulum: & trãsacta dimidia hora post primam completam: ante tamen: q̃ accedant fratres ad capitulum: pulsetur statim pro tertia & sexta: in quarum horarum medio cantetur uel dicatur missa: nisi fuerit ieiunium ecclesiæ. ℭ Quo casu dicatur post nonam. ℭ Post sextam uero si missa fuerit cantata: & officium beatæ Mariæ dictum fiat interuallũ unius horæ. ℭ Si missa non fuerit cantata: aut officium beatæ Mariæ non fuerit dictum: fiat interuallũ unius horæ &

dimidiæ. ¶Si uero neq; missa fuerit cantata: neq; dictum fuerit officium beatæ Mariæ: fiat interuallum duarum horarum. Post quæ interualla dicat̃ nona: & reficiant fratres. ¶Aduertendum tamẽ omni tempore anni: quando est ieiunium de p̃cepto ecclesiæ: ut ita moderent̃ interualla temporũ q̃ fratres hora nonæ uel circa reficiant: ut uolunt doctores. ¶Post primã mensam hẽant fr̃es horã unã ad sui recreationẽ: ut supra in æstate: postea uacent lectioni uel exercitio: sicut fuerit ordinatũ ¶Vesperæ hoc tempore pulsentur tali hora: q̃ his dictis usq; ad completorium sit spacium unius horæ. Pro completorio pulsetur: ut supra.

¶Diuisio secunda. Regula.

IN quadragesimæ uero diebus a mane usq; ad tertiam plenam uacent lectionibus suis. & usq; ad decimam plenam operentur quod eis iniungitur in quibus diebus quadragesimæ accipiãt omnes: singulos codices de bybliotheca: quos p ordinẽ ex integro legant. Qui codices in capite quadragesimæ dandi sunt. Ante omnia sane deputentur unus: aut duo seniores: qui circumeant monasterium: horis q̃bus uacant fr̃es lectioni: & uideant: ne forte inueniatur frater acidiosus: qui uacet ocio: aut fabulis: & non sit intentus lectioni: & non solum sibi inutilis sit: sed etiam alios extollit: hic talis: si quod absit repertus fuerit: corripiatur

tur ſemel: & ſecundo: Si non emendauerit: corre ptioni regulari ſubiaceat/taliter: ut cæteri timeãt. Neqꝫ frater ad fratrem iungatur horis incompe tentibus. Dominico die lectioni uacẽt omnes ex cæptis iis: qui uariis officiis deputati ſunt. Siquis uero ita negligens & deſidioſus fuerit: ut non ue lit: aut non poſſit meditari: aut legere: iniungatur ei opus: quod faciat: ut non uacet. Fratribus infir mis aut delicatis talis opera aut ars iniungatur: ut nec ocioſi ſint: nec uiolentia laboris opprimant̃: ut effugentur: Quorum imbecillitas ab Abbate conſideranda eſt.

ℭ Declaratio.

IN quadrageſimæ uero diebus. ℭ Hoc tẽpore pri ma pulſetur circa ortum Solis. Qua dicta imme diate dicantur pſalmi pœnitentiales cum litaniis: quando fit de feria. ℭ Spatia uero aliarum hora rum ſcilicet tertię: ſextæ: & nonę & miſſæ & ueſpe rarum: Prælati monaſteriorum noſtrorum ſic mo derentur: ut in diebus horꝫ ieiuniorꝫ: hora nona: quæ eſt in meridie: completa ſint & perſoluta: po ſtea reficiant fratres. ℭ Sed aduertendum eſt: quando occurrit feſtum duodecim lectionum in quadrageſima: poſt tertiã cantari debet miſſa de feſto: & poſt nonam dicat̃ miſſa de feria. ℭ Item poſt Agnus dei: pulſetur ſignum pro ueſperis pri

mum: & quando ſacerdos dicit orationes in fine miſſæ: pulſetur ſecundũ ſignum. ¶ Si uero ſequẽti die erit feſtum duodecim lectionum: primum ſignum pulſetur ſtatim poſt eleuationem domini ci ſanguinis: alia uero duo ſigna: ut ſupra. ¶ Dictis ueſperis fratres cœnent. ¶ Poſt primam menſam: tranſacta una hora: fratres uacent lectioni: aut exercitio manuali: prout fuerit ordinatũ: uſq; ad completorium. ¶ Completorium hoc tempore pulſetur paulo ante horam uigeſimam tertiam. ¶ Et notandũ: q̃ q̃ fratres debent ire ad exercitiũ: pulſetur cãpana capituli per ictus diſtinctos: per ſpatiũ unius Pater & Aue maria. ¶ Et ſi monaſterium fuerit ita magnum: q̃ hæc campana audiri nequeat: dentur prius quinq; ictus campana campanilis. Et tunc fratres ſe congregent in locũ ad id deputatum: ut audiant a ſuperiore: qui ibi fuerit: quale exercitium ſit faciendũ. ¶ Et in principio cuiuſlibet exercitii: unuſquiſq; genibus flexis dicat Aue maria &c. ut deuotius opus perficiatur. ¶ Quando autem ire debent ad cellas: ut uacent oratiõi uel lectioni: campana capituli pulſetur extenſe: per ſpatium unius Pater/& Aue maria. ¶ Item hortamur: q̃ quando fit exercitium in loco quieto pro ædificatione legatur aliquid: ſi autem exercitium fuerit in motu: fiat cum ſilentio: aut loquantur ſummiſſa uoce: ubi occurrerit loquendi neceſſitas. ¶ Ibi, Nec frater iungatur ad

fratrem horis incompetentibus. ¶ Declaramus horas incompetentes eſſe totum tempus: quod ſupereſt ultra canonicas horas. Et refectionem & exercitii tempus: & aliud tempus: in quo qualitas negocii exigerit plures fratres in unũ conuenire.

¶ De quadrageſimæ obſeruatione. Capꝯ. xlix.

LIcet omni tempore uita monachi quadrageſimæ debeat obſeruationem habere: tamen quia paucorum eſt iſta uirtus: ideo ſuademus iſtis diebus quadrageſimæ omni puritate uitam ſuam cuſtodire: omnes pariter negligentias aliorum temporum his diebus ſanctis diluere: Quod tũc digne fit: ſi ab omnibus uitiis temperemus. Orationi cum fletibus: lectioni: & compunctioni cordis: atq; abſtinentiæ operam demus. Ergo his diebus augeamus nobis aliquid ad ſolitum penſum ſeruitutis noſtræ: Orationes puculiares: ciborũ & potus abſtinentiam: ut unuſquiſq; ſuper menſuram ſibi indictam aliquid propria uoluntate: cum gaudio ſcti ſpiritus offerat Deo: id eſt ſubtrahat corpori ſuo de cibo & potu: de ſomno: de loquacitate: de ſcurrilitate: & cum ſpiritualis deſiderii gaudio ſanctum Paſcha expectet. Hoc ipſum tamen quod unuſquiſq; offert: Abbati ſuo ſuggerat: & cum eius fiat oratione & uoluntate: quia quod ſine permiſſione patris ſpiritualis fit: præſumptiõi

De fratribus qui longe ab oratorio laborãt. deputabit & uanægloriæ: non mercedi. Ergo cũ uoluntate Abbatis omnia agenda sunt.

¶ Declaratio.

IBi. Istis diebꝰ q̃dragesimę. ¶ Hãc quadragesimã declaramus incipere: quo ad abstinẽtiã huiusmodi: scda feria post qnquagesimã. ¶ Et ut iuxta regulam augeamus aliqd ad solitũ pẽsum seruitutis nostrę: ultra psalmos pniales & officiũ mortuorꝫ disciplina: q̃ fit omni tpe feria sexta: fiat tota quadragesima quarta & sexta feria. In hebdomada scã addat feria qnta. ¶ Siir a prima dñica de aduentu inclusiue incipimus abstinere a lacticiniis: & secunda feria ieiunare continuando usq; ad festum sacratissimæ natiuitatis domini.

¶ De fratribus qui lõge ab oratorio laborãt: aut in uia sunt. Cap̃. I.

FRatres: qui omnino longe sunt in labore: & non possunt occurrere hora cõpetenti ad oratoriũ: & Abbas hoc ppendit: quia ita est: agant ibidẽ opꝰ dei: ubi operant: cum tremore dño flectentes genua. Similiter: qui in itinere directi sunt: nõ eos prætereant horæ constitutæ: sed ut pñt: agãt sibi & seruitutis pensum non negligant.

¶ Declaratio.

IBi. Flectentes genua. ¶ Intelligimus: quãdo dicit

pate

pater noſter: & collecta temporibus: quibus ab eccleſia eſt ordinatum: ꝙ tunc dicentes officium genuflectant.

¶ De fratribus qui nõ ſatis longe ꝓficiſcunt̃. Cap̃.li.

FRatres: qui pro quouis reſponſo dirigunt̃: & ea die ſperant reuerti ad monaſterium: nõ p̃ſumant foris manducare: etiam ſi a quo uis rogent̃: niſi forte eis ab Abbate ſuo præcipiat̃: ꝙ ſi aliter fecerint: excommunicent̃.

¶ Declaratio.

IBi. Non præſumant foras manducare. ¶ Declarando ordinamus: ꝙ nullus noſtræ cõgregatiõis q̃tũcũq; rogatus: p̃ſumat manducare in domibus poſſeſſionibus uel locis qbuſlibet ſęcularium in ciuitatibus aut locis: in quibus habent̃ monaſteria uel loca noſtra etiam ſi ſit in itinere conſtitutus: qui autem contrafecerit: comedat in terra in refectorio in pane & aqua ꝑ qualibet uice.

¶ De oratorio monaſterii. Cap̃.lii.

ORatorium hoc ſit: quod dicit̃: nec ibi qcq̃ aliud gerat̃: aut condat̃. Expleto opere dei omnes cum ſummo ſilentio exeant: & agat̃ reuerentia deo: ut frater: qui forte ſibi peculiariter uult or..re: nõ im

pediat alterius improbitate. Sed si alter uult sibi forte secretius orare: simpliciter intret: & oret: nõ in clamosa uoce: sed in lachrymis & intẽtiõe cordis. Ergo qui simile opus non facit: non pmittat expleto ope dei remorari in oratorio: sicut dictũ est: ne alius impedimentum patiat.

¶Declaratio.

IBi. Expleto opere dei omnes cum summo silentio exeant. ¶Nisi qui remanere uoluerint: ut orationi uacent: nam siquis orare uolens: compelleret exire: distraheretur forte a deuotione: aut alio diuertens non rediret ad orationem. ¶Facimus tamẽ completo opere dei breuem morulam in choro: ut frẽs possint deo satisfacere: siquid omiserint de diuino officio. ¶Orationem uero mentalem singulis diebus per dimidiæ saltem horę spacium facimus post nonam a resurrectione domini usq; ad festum sanctæ Crucis de mense Septẽbris: nisi dies ieiunii fuerit: quo tempore fit post uesperas. ¶A p̃dicto autem festo usq; ad pascha: post matutinũ. ¶Volumus item: q̃ scdm dispositionem iuris cõmunis: seruet semper silentium in choro in dormitorio: ut prædictum est: & in refectorio etiam extra horam refectionis. Et in quadam parte claustri circa capl'm: excepto si in dictis locis oporteret aliqua loqui breuiter: & summissa uoce. ¶Huiusmodi etiam silentium seruet ad ignẽ

Nota de oratione mentali

communem fratrum.

¶De hoſpitibus ſuſcipiendis. Cap̃. liii.

OMnes ſuperuenientes hoſpites tanq̃ Chriſtus ſuſcipiantur quia ipſe dicturus eſt. Hoſpes fui: & ſuſcepiſtis me. Et omnibus cõgruus honor exhibeatur: maxime tamẽ domeſticis fidei: & peregrinis. Vt ergo nunciatus fuerit hoſpes: occurratur ei a priore: uel a fratribus cum omni officio charitatis: & primitus orent pariter: & ſic ſibi ſocientur in pace. Quod pacis oſculum non prius offerat̃: niſi oratione præmiſſa propter illuſiones diabolicas. In ipſa autem ſalutatione omnis exhibeatur humilitas. Omnibus uenientibus ſiue diſcedentibus hoſpitibus inclinato capite: uel proſtrato omni corpore in terra Chriſtus in eis adoret̃: qui & ſuſcipitur.

¶Declaratio.

OMnes ſuperueniẽtes hoſpites. ¶ Et ſi modernis tpibus frequẽtia hoſpitum difficultatem generet adimplendi oĩa: quæ textus regulæ cõtinet: habita tamẽ diſcretione: & temporum ac perſonarum cõſideratione facile ſaltem utiliora implebuntur. ¶Ibi. Vbi nunciatus fuerit hoſpes. ¶Portinariuiſo hoſpite: iuxta qualitatẽ perſonæ: & temporũ conditionem: aut extra expectare eum faciat: aut

monaſterii portam introducat: notumq; faciat ſu
periori: ſi hoſpitandi conditio requiret: & præla-
tus ordinauerit: a quo tũc ſiue ab uno ſuperiore:
aut hoſtiariorum: uel curam hoſpitum habẽtium
uel ab alio: cui iuſſum fuerit: ſeu pluribus: ipſi oc-
curratur. Et ad orationem & pacis oſculum: incli-
nato capite: uel proſtrato corpore: ſiue genib⁹ fle
xis: ſi fuerit Prelatus uel aliquis Dei ſeruus: aut re
ligioſæ uitę: recipiat officioſiſſime. Quæ omnia:
ut commodius fieri ualeant: ſit ſacellum: quãtum
poſſibilitas permittit iuxta portam monaſterii: qd
ad orationem huiuſmodi hoſpites: introducãtur.
¶ Ibi. Adoretur Chriſtus. ¶ Mentali ſcilicet ora
tione & deuotione. ¶ Conſuetudo tamen omniũ
pene religioſorum eſt: quando eis occurritur: in
oſculo recipi: poſtmodum duci ad orationem.
¶ Quod quia ita cõmuniter fit inhumanũ uide-
tur: maxime ſi fuerint noti: primo occurſu non ex
hibere eis oſculum: ſed poſt orationem: propter
communem conſuetudinem: tutius tamen eſſet
ſeruare regulã. ¶ Credimus tamen hoc reſpectu:
ſi in principio oſculum obtulerimus: præmiſſa ta
men oratione mentali: & etiam dicto exterius ali-
quo: quod ad oratiõem: uel Dei laudẽ pertineat:
& hoſpitem ſimilia proferre fecerimus: puta Deo
gratias. Benedictus Dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus: & huiuſmodi/non diſcedere ab effectu iuſti
tiæ: dummodo poſtea ad orationem ducatur ho-

ſpes. ¶ Oſculum dicimus amplexum: quem preſertim religioſis & deuotis perſonis exhibemus. ¶ Si uero ob multitudinem aliquãdo ita integre huiuſmodi cerimoniæ fieri nõ poterunt: fiãt animo & mente: aliter ſeruetur regula.

¶ Diuiſio prima. Regula.

S Vſcepti autem hoſpites ducantur ad orationem: & poſtea ſedeat cum eis prior: aut cui iuſſerit ipſe legat̃ coram hoſpite lex diuina: ut ædificetur. Et poſt hæc omnis eis exhibeat̃ humanitas. Ieiuniũ a priore frangat̃ propter hoſpitem: niſi forte præcipu⁹ ſit dies ieiunii: q̃ non poſſit uiolari. Fratres autẽ cõſuetudines ieiunior̃ proſequant̃. A quam in manibus Abbas hoſpitibus det: pedes hoſpitibus oĩbus tam Abbas: q̃ cũcta cõgregatio lauet: quibus lotis: hunc uerſum dicat. Suſcepimus de⁹ miſericordiam tuam: in medio tẽpli tui. Pauperũ aũt & peregrinor̃ maxime ſuſceptionum cura ſollicite exhibeat̃: quia in ipſis magis Chriſtus ſuſcipit̃. Nam diuitũ terror ipſe ſibi exigit honorem.

¶ Declaratio.

I Bi. Legatur coram hoſpite lex diuina. ¶ Maxime laudam⁹ hoc fieri: ſi cõmode poſſit: & tẽpus hoc permiſerit: ut dum refectio paratur: aliquid hoſpiti legatur: uel ſpũalia dicant̃: unde ædificetur ha-

bito reſpectu ad perſonæ qualitatem & neceſſitatem: ſaltem non omittatur: quin ad mēſam hoſpiti aliquid legatur iuxta conditionem perſonæ: ut ædificetur. ℭ Ibi Aquam in manibus Abbas hoſpitibus det. Intellige ſi eſt præſens: alias prior: uel alius ſuperior: aut ipſi curam hoſpitum habētes. ℭ Hoſpitibus autem præterq̄ infirmis: in infirmitorio: aut alio loco ſeorſum eſus carniū non concedatur iuxta cōditionem perſonarum. ℭ Ibi. Pedes hoſpitibus &c. ℭ Hæc ſolemnis lotio pedum præcipue exhibetur iis: qui conuerſionis deſiderio ad monaſteria noſtra ueniunt. ℭ Aliquando iis etiam qui deuotionis gratia longo itinere monaſteria noſtra uiſitant: aut aliis honeſtis cauſis ſicut patribus monaſterii uiſum fuerit. ℭ Laudamus etiam hanc lotionem fieri maxime perſonis: unde magis ædificatio ſequi poſſit & augmentum deuotionis erga religionem. Nam ſæpe huiuſmodi actibus humilibus fit: ut mens aliena a Chriſto concepto ſancto deſiderio Chriſtum cordis hoſpitio ſuſcipiat: meliuſque tunc in eis Chriſtus ſuſcipiatur: q̄ in menſa hoſpes. ℭ Ipſa autem lotio ita fit: Conuenientibus fratribus in capitulo: aut in alio loco: ſicut decet: Prælatus: & ī eius abſentia Prior clauſtralis & nō titularis: genibus flexis ante hoſpitē: pedes eius lauet: quos dum incipit lauare: mox duo fratres in medio loco genuflexi incipiant aliquid cantare: quod de-

uotionem excitet. Et dicto primo uerſu: cæteri fratres diuiſis choris genuflexi uerſus hoſpitem eundem uerſum cantando reſpondent. Quem etiam poſt ſingulos uerſus: quos illi duo fratres cantando proſequuntur: repetunt. Cum uero ſuperior ambos pedes lauerit: tergat primo pedem ſiniſtrum: deinde dextrum: quo terſo cooperiat linteo excepta parte quadam: quam ipſe primo oſculatur. Et ſic ſucceſſiue omnes fratres hoſpiti pedem oſculantur incipiẽdo a ſuperiore: & ſubſequẽdo per ordinem utriuſq; chori. ¶ Hoc quoq; modo dicuntur fratres omnes lauare pedes hoſpitis: cum ibi eius cauſa aſſiſtant. Nam nimis abſurdum eſſet: q; omnes fratres: qui forte erunt ſexaginta actualiter lauarent pedes unius hoſpitis. ¶ Completa deoſculatione: calciatiſq; pedibus hoſpitis: ſtatim ſurgit: & ſimul cum hoſpite genuflectens omiſſo a fratribus cantu: incipit uerſum. Ver. Suſcepimus deus. &c. Rñ. in medio &c. Pr̃ noſter. Ver. Et ne nos. Rñ. Sed libera. Ver. Saluum fac. Rñ. Deus meus. Ver. Mitte ei. Rñ. Et de ſyon. Ver. Eſto ei. Rñ. A facie inimici. Ver. Dñe nõ ſcd̃m. Rñ. Neq; ſcd̃m. Ver. Dñs. uob. rñ. Et cũ ſpũ tuo. Oro. Actiões nr̃as q̃s dñe. Oratio. Famulorum tuorꝫ. Oro. Interceſſio nos q̃ſumus domine beatiſſimi patris noſtri Benedicti Abba. ¶ Poſtea mandet breuem orationem fieri pro hoſpite: & facto ſigno: dataq; benedictione: omnes

exceptis habentibus curam hoſpitum: ſiquos retinere uoluerit Prælatus: pro cõſolatione aut obſequio hoſpitis: uadant cum ſilẽtio ad cellas ſuas. ¶ Cæteris autem hoſpitibus: maxime qui de longe uenerint: uel qui alias in ipſo monaſterio non fuerint hoſpitati: ſicut opus fuerit: habentes curam hoſpitum pedes lauent. ¶ Quod ſi multitudo non fineret lotionem fieri: aut alia cauſa: urgẽtior impediret: faciant quomodo poſſunt: ſciẽtes ſe multam retributionem a domino recæpturos: ſi iuxta regulam fecerint: & e contrario pœnam: ſi ex negligentia omiſerint. ¶ Fratres autem noſtri ad monaſteria noſtra: quauis cauſa euntes: ut diſciplina regularis: quantum fieri poteſt: ubiq; ſeruetur: ordinamus: poſt duas ad plus in hoſpitio refectiones communem uitã ſequi debeant: Diuiniſq; interſint officiis: & capitulo culparum haud ſecus: ac ſi ibi conuentuales eſſent. Niſi forte ſint debiles: & ifirmi aut in negotiis occupati. Quod Prælatorum diſcretioni relinquimus. ¶ In ipſis autem diuinis officiis poterũt ſe cum illius monaſterii fratribus conformare. ¶ Qui fratres non mittantur a prælatis ſuis ad alia monaſteria: iuxta regulam: ſine litteris comẽdatitiis. ¶ Cõferantq; cum illius monaſterii ſuperiore de negotiis: quorum cauſa illuc aduenerint. Et ſub illius obedientia ſint: & correptiõe. ¶ Caueant autẽ: ne in diebus feſtis negocientur: aut equitent propter ſcan

dalum. ¶ Et modeſte ut decet religioſos: ſe habe ant in hoſpitiis ſæcularium: ne ipſis ſcandalum præbeãt: Et contentiões omnino deuitẽt. ¶ Propter grauamina uero monaſteriis noſtris incumbẽtia: monemus Patres: & fratres: ne pro hoſpitibus ad monaſteria noſtra accedere uolentibus: litteras comendatitias ſcribant. Sed honeſte & prudenter quantũ fieri poteſt: ſe excuſent. ¶ Et ne cõuerſatione ſæcularium hominum pacem & quietem fratrum noſtrorum perturbari contingat: cũ non deceat in eodem monaſterio diuerſorum morum: & habitus homines cõmorari: Statuimus: q̃ nullus ſæcularis cuiuſlibet ſtatus: aut conditionis exiſtat: etiam ſi aliqua parentela & affinitate alicui ex noſtris monachis fuerit coniunctus ad habitandum longo tempore in monaſteriis noſtris: ut ſæcularis ſuſcipiatur: etiam ſub prætextu cuiuſcunq; donationis: Teſtamenti: legati: uel alia qua quauis occaſione commodi temporalis ſine licẽtia capituli generalis: uel regiminis. ¶ Quod tamen non intelligimus de factoribus: procuratoribus: & aliis famulis ſæcularibus monaſteriorum noſtrorum. ¶ Mulieres uero ſiue laicas: ſiue religioſas: cuiuſcunq; ætatis: gradus: ſtatus: & conditionis ſint: prohibemus diſtrictius intra ſepta monaſteriorum noſtrorum: quauis occaſione: duci: ingredi: aut morari. Quod ſi cõtraſcienter: fuerit attentatum: ſecundum priuilegium Domi-

ni Eugenii Papæ Quarti : tam ipſe mulieres : q̃ earum ductores : & recæptores: ſi uoluntarie hoc fecerint: ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrunt: a qua perſonæ congregationis: per Præſidentem & uiſitatores abſolui poterunt.

¶ Diuiſio ſecunda. Regula.

COquina Abbatis & hoſpitum ſuper ſe ſit: ut incertis horis ſuperuenientes hoſpites : Qui nunq̃ deſunt monaſterio: nõ inquietent fratres. In quam Coquinam ingrediantur duo fratres ad annum: qui ipſum officium bene impleant. Quibus : ut indigent: ſolatia adminiſtrentur : ut abſque murmuratione ſeruiant : Et iterum quando occupationem minorem habent: exeant: ubi eis imperatur in opere: & non ſolum in ipſis: ſed & in omnibus officiis monaſterii iſta ſit conſideratio : ut quando indigent ſolatia : accomodentur eis. Et iterum quando uacãt: obediant imperanti. Item & cellam hoſpitum habeat aſſignatam frater: Cuius animã timor Dei poſſideat: ubi ſint lecti ſtrati ſufficienter: & domus Dei a ſapientibus ſapienter adminiſtretur. Hoſpitibus autem cui non præcipitur nullatenus ſocietur: neq; colloquat : Sed ſi obuiauerit : aut uiderit : ſalutatis humiliter : ut dictum eſt: & petita benedictione pertranſeat: dicens ſibi non licere colloqui cum hoſpite.

¶Si debeat monachus litteras uel Eulogia suscipere. Cap̃.liiii.

NVllatenus liceat monacho: nec a parẽtibus suis: nec a quoq̃ hominum: nec sibi inuicem litteras: aut Eulogia: uel quęlibet munuscula accipere: aut dare sine præcepto Abbatis: q̃ si etiam a parentibus suis ei quicquam directum fuerit: non præsumat suscipere illud: nisi prius indicatum fuerit Abbati. q̃ si iusserit suscipi: in Abbatis sit potestate: cui illud iubeat dari: Et non contristetur frater. cui forte directum fuerat: ut non detur occasio diabolo. Qui autem aliter præsumpserit: disciplinæ regulari subiaceat.

¶Declaratio.

IBi. Quælibet munuscula. ¶Temerariam præsumptionem monachorum nostrorum: qui cum nihil habeant: nec habere debeant: munere accipere: & dare non metuunt: regulæ & professioni nostræ aduersantes: tanquam seminarium Diaboli: & mortale uirus penitus interdicentes: quia sæpe ex huiusmodi munerum collatione & recæptione: inordinata oritur affectio seu complacentia: nolumus q̃ inuicem sibi fratres dent: nullatenus munuscula iuxta regulam: neque etiam aliis quibuscũq̃. ¶Sed nec ipsi prelati fratribus aliorũ monasteriorum munuscula mittant: nisi forte a

Si debeat mōachus lr̃as uel eulogia ſuſcipe.
patribus dictorum fratrum fuerint reqſiti. ¶ Ibi.
Lr̃as. Si qua utili & honeſta cauſa uolunt fratres
ſcribere lr̃as: habita prius ſcribendi licentia: ſcri-
bant: deinde lr̃as apertas deferant Prælatis quas
mandamus: ab ipſis Prælatis legi & ſignari: ſimili
ter & qui ipſas recipiunt: ante q̃ ipſas legant clau-
ſas præſentent Prælato ſuo: quas uolumus omni-
no: & iubemus Prælatum legere: uel eo abſente
uicem eius gerentẽ: & ſi uidebit ſibi fratribus qui
bus directæ ſunt: reddat. ¶ Niſi forte cōgregatio
nis ſigillo: uidelicet. Pax. eſſent ſignatæ: quas nec
a Prælato: nec a conuiſitatore: nec a Præſiden-
te: nec ab aliquo alio aperiri permittimus: niſi ab
iis dūtaxat: quibus dirigunt: uel de eorꝯ uolunta-
te. Qui autem contrafecerit: tribus primis diebus
mercurii ſequentibus ieiunet in pane & aqua: nec
ab aliquo diſpenſari poſſit: niſi caſu grauiſſimæ in
firmitatis. ¶ Sub eadẽ quoq; pœna diſtricte ꝓhi-
bemus: q̃ nemo lr̃as Pręſidenti: diffinitorib⁹: aut
uiſitatori cuilibet uel regimini ĩtra annū directas:
niſi de eorꝯ uolūtate: ad quos dirigunt: aperire p̄
ſumat. q̃ ſi quis de huiuſmodi errore cōuictus fue
rit: ſiquidem lr̃æ ſunt munitæ ſigillo pax: ultra p̄di
ctā pœnā: ſtet degradatus p̄ menſem: q̃ ſi Prælat⁹
fuerit: dicat ex ordine totum pſalteriū: & ieiunet
ter in pane & aqua ſecreto: ſi aūt non fuerint mu-
nite ſigillo Pax: ſtet degradatus per quindecim di
es. Et ſi pręlatus fuerit dicat pſalmos pœnitentia-

les & ieiunet ut supra. ¶ Eidem quoq; pœnæ Prę latos & fratres nr̃os quoscũq;: qui lr̃as etiã priuatis sigillis munitas/ul̃ fratribus qbuscũq; directas intercipe seu aperire p̃sumpserint/subiacere decernimus. ¶ Præter casus aũt p̃dictos: fratres: qui sine licẽtia prælati sui scripserint: aut lr̃as ad se directas legerint: absolui non possint: nisi a Prælato suo. Et p̃ter hoc totiens ieiunent in pane & aqua quotiẽs cõtrauenerint: nec aliter absolui possint. ¶ Quicunq; uero ex nostra cõgregatione: etiam si fuerint hostiarii: uel hospites portãtes litteras: uel munuscula: Prælato ea statim præsentent: & nihil dicant: nec quibus diriguntur: nec aliis. ¶ Contrafacientes dicant suam culpam in capitulo & comedant in terra in refectorio.

¶ De uestimentis & calciamentis fratrũ. Cap̃. lv.

VEstimenta fratribus ſm locoꝝ qualitatẽ ubi habitant: uel aerum temperiẽ dentur: qa in frigidis regionibus amplius indiget: in calidis uero minus. Hæc ergo cõsideratio penes Abbatẽ est. Nos tn̄ mediocribus locis sufficere credimus monachis p̃ singulos cucullã: & tunicam. Cucullã in hyeme uillosam: in æstate uero purã: aut uetustam: & scapulare ꝓpter opa: Induméta pedũ pedules & caligas. De quarũ reꝝ oĩum colore: aut grossitudine non causent monachi: sed quales inueniri p̃nt: in

De uestimẽ. & calciamẽ. fratrũ.
ꝓuincia qua habitant: aut qd uilius cõparari põt.

¶ Declaratio.

IBi. De quaꝫ reꝫ omniũ colore. ¶ Propter hanc cãm in statu monastico uarius inoleuit mos: & uestium color. Nos aũt assumpsimus coloré nigrũ: beatissimũ Patrẽ nostrũ sectantes. Qui (ut legimus) nigro usus est colore. ¶ Idcirco ordinam⁹: ꝙ oẽs cõgregationis nostræ monachi: uniformiter eadẽ qualitate pannoꝫ nigroꝫ: q̃tũ possibile fuerit: uestiant̃. ¶ Et hoc intelligimus de cucullis: scapularibus: tunicis: mãtellis & biretis. ¶ De aliis uẽstimẽtis interioribus statuimus: ꝙ sint alba uel nigra uel beretina. ¶ Caligas aũt & pedules albi uolumus esse coloris. ¶ Fratres uero nostri amodo nulla rõne utant̃ rascia: seu sargia Flandrensi: sed ꝑm nostrã antiquã cõsuetudinẽ grossiore. ¶ Ibi. Quod uilius cõpari põt. ¶ Diligẽter attendatur hæc particula regulæ. Nã cũ dicit: quod uilius: oẽm mollitiem: & pretiositatẽ: habitumq; delicatum excludit. Quod ꝓculdubio non modo ꝓ uestibus: sed pro oĩbus rebus: quibus: tum ad necessitatem: tum commodum corporis apparenter utimur: est accipiendum. ¶ Ideo tam salubribus regulæ monitis adhærẽtes: inuiolabiliter statuimus: ut nullus de cõgregatione nostra: cuiuscunq; dignitatis uel conditionis existat ꝓ usu suo uel cuiusuis de ipsa congregatione audeat expendere ꝓ iumento ad equitandum ultra ducatos ui

gintiquinq:computata sella:freno: & aliis fulcimentis:aut etiam uti iumento:cuius ualor cōmuni loco idem precium ducatorꝝ uigintiquinq excedat. ¶ Fulcimenta ēt ipsa: iuxta clementinam Ne in agro:nō modo auro & argēto:aut ere non pmittimus esse ornata:sed nec clauis ferreis: aut stānatis:aut ornamētis coloratis:nisi q̄tum necessitas exposcit:cōcedimus adornari. ¶ Clamydes uero siue de pāno:siue de rascia sint cū rugis ꝓpe collarium more antiquo:& clausæ circū circa iuxta dictum Clementinæ:Ne in agro. & cum aperturis a laterib⁹. Pilei siue de lana siue de palea nō excedāt cōmuniter preciū Bononiorum uiginti. ¶ Vitet curiositas & preciositas in gladiis:tabulis:calcaribus:stiualibus:& omnibus rebus: qb⁹ utimur:Considerato:q̄ ex regula monetur monachus:qualibet uilitate:& extremitate esse contentus. ¶ In brachio autem cuiuscūq panni: qui sit longitudinis trium palmorum:altitudinis:uel latitudinis sex uel circa ultra dimidium Ducati non expendatur. ¶ Contra uero prædicta facientes ipsis rebus careant: & arbitrio uisitatorum: uel capituli generalis puniantur. ¶ Et quoniam sæpissime in mutationibus fratrum cōtingit suboriri ambiguitates de pretio ipsorum uestimentorū: Præsenti ordinatione statuimus:q̄ ꝑ precio unius cucullæ:duo ducati cū dimidio:pro tunica nigra tres: pro tunica de rascia: si aliquibus erit

De uestimen. & calciamen. frum

danda: duo: pro gunella nigra duo: ꝑ gunella alba: unus cum dimidio: & totidē: ꝑ gunella beretina: pro coretto unus: ꝑ mātello beretino tres: pro tunica beretina: duo cum dimidio: pro scapulari libræ quinq: pro tunicella totidem: monetæ uenetæ exsoluant. ¶ Vestes uero monachis nris necessarias: ꝑ annos quatuor ita diuidim⁹: ut uno anno dent tunica pānea & caligę. altero tunica de rascia: & gunella alba. Tertio cuculla & caligę. q̄r to gunella nigra: & corettū: Et quolibet anno tunicella & scapulare. Idem quoq; de cōmissis statuimus: ut uidelicet uno āno det mātellū: altero tunica. Tertio gunella beretina & corettum. Quarto gunella alba: & quolibet anno tunicella. ¶ Quas quidem uestes ita distinctas & distributas possunt frēs hre quolibet anno si uoluerit: ꝙ si non acceperint: ultra deinde petere non ualeant: ¶ Quod si cōtingat aliquem ex p̄dictis mutari ad aliud monasterium: non possit petere: nisi quantum eo anno: si non fuisset mutatus: erat habiturus. ¶ Ex gratia tamen in arbitrio fratris mutati sit: quam ex quatuor partibus habere maluerit: aut qua magis indiguerit. ¶ Q d̄ si loco dictarum sic distinctarum uestium pecunia erit danda non teneatur monasterium: a quo discedit: dare monacho nisi ducatos quinq: commisso quatuor computata tunicella & scapulari. ¶ Qui uero pellicia propter aliquam infirmitatem seu necessitatem

sitatem indiguerit: careat rata uenstimentorꝫ illo anno: sibi contingente. ¶ Fratribus autem intra annum mutatis prouideat utrunqꝫ monasterium a quo & ad quod pro rata uestimentorum & temporis. Qui fratres non possunt neque tenere ad usum suum: neqꝫ ferre secum ultra tres tunicellas & tria scapularia.

Diuisio prima. Regula.

ABbas autem de mẽsura prouideat: ut nõ sint curta ipsa uestimenta utentibus ea: sed mẽsurata. Accipientes noua: uetera semper reddant in præsenti reponenda in uestiario propter paupes. sufficit enim monachis duas tunicas: & duas cucullas habere propter noctes: & propter lauare ipsas res. Iam qd̃ supra fuerit: superfluum est: & amputari debet: & pedules: & quodcunqꝫ est uetustum: reddant dum accipiunt nouum. Femoralia ii qui dirigunt̃ in uia de uestiario accipiant: que reuertentes lota ibi restituant. Et cucullæ & tunicæ sint aliquanto iis: quas habere soliti sunt modice meliores. Quas exeũtes in uiam accipiant de uestiario & reuertentes restituant.

¶ Declaratio.

IBi de mensura. ¶ In mensura uestium seruet̃ consuetudo nostra non de parua: sed de notabili dif-

¶ Si debeat monachus litteras uel Eulogia ferentia curantes. ¶ Itaq; cucullæ ſint ſine rugis hoc eſt ſine faldis: longæ uno digito ſuper terram: manicæ longę ultra manum extenſam per dimidium brachii: largæ uero per tres quartas cum dimidio. ¶ Tunicæ monachorum ſuper collũ pedis: quæ iuxta clementinã debent eſſe circumquaq; clauſæ. Manicæ tunicarum ita largæ: ut poſſint capere alterum pugillum. ¶ Scapularia monachorum ſint longa ſuper tunicam p̃ dimidium quartæ: lataq; ſecundum latitudinem raſciæ. ¶ Scapularia nouitiorum ſint ſtricta & curta: & protendantur uſq; ad genua. ¶ Gunnellæ & tunicellæ per unam quartam ſuper terram: quarum manicæ ſint ſtrictæ: ſine bottonis. ¶ Ordinamus autem: ne fratres noſtri ullo tempore ad chorum refectorium & capitulum conuentualiter ſine tunica accedant: ut diſciplina & grauitas monaſticha ſeruetur. ¶ De caputiis autem ordinamus: q̃ in quolibet monaſterio habeatur forma a capitulo conſtituta quam ſequantur. ¶ Sed caputia ſcapularium ſint aliquanto minora: caputiis cucullarum. ¶ Sine quibus caſu grauiſſimæ infirmitatis cum haſta tantum ſiue patientia credimus abſq; periculo excommunicationis poſſe fratres noſtros ſtare. ¶ Tunicæ commiſſorum ſint ſuper terram per quartam partem unius brachii: & ſimiliter mantella: quæ circumcluſæ ſint cum aperturis a lateribus unde poſſint manus ex

trahere. ¶ Caputium cum hasta lata quatuor digitis: & longa quantum possit caput circumire semel: quod portare eos omnino uolumus: cum per ciuitates uel ad processiones ire necnõ ad cõmuniõem sanctam accedere contigerit. ¶ Color autem omnium uestium extrinsecarum eorum sit berretinus obscurus: quantum haberi possit. Mãtella quoq; ipsorum & tunicæ non sint de rascia: sed de panno. ¶ Accipientes autem noua: intra octo dies: lota & munda omnino restituant uetera secundum regulam. Contrafacientes dicant suam culpam in capitulo: & comedant semel in pane & aqua in refectorio: & priuẽtur rebus nouis quousq; restituant uetera. ¶ Ibi: duas tunicas. Ordinamus q; fratres nostri habeant singuli tunicam unam de panno: possint etiam alteram habere pro æstate de panno uetusto: seu de rascia: habeant & cucullam: quæ secundum clementinã: Ne in agro: uocatur floccus: & scapulare: quod habet quasi formam cucullæ. De interioribus uero uestibus Prælatorũ discretioni relinqmus.

Diuisio secunda. Regula.

STramenta autem lectorum sufficiant matta: sagum: lena: & capitale: quæ tamen lecta frequenter ab Abbate scrutanda sunt propter opus peculiare: ne inueniatur: & si cui inuentum fuerit:

De uestimen. & calciamen. fratrũ.

Quod ab Abbate non accæperit: grauissimæ disciplinæ subiaceat. Et ut hoc uitium peculiare radicitus amputet: dentur ab Abbate omnia: quę sunt necessaria: idest cuculla: tunica: pedules: caligæ: bracile: cultellus: graphium: acus: mappula: tabulę: ut omnis auferatur necessitatis excusatio: a quo tñ Abbate semper cõsideret illa snia actuũ Apostolorũ: quia dabat singulis: put cuiq; opus erat. Ita ergo/& Abbas cõsideret infirmitatẽ indigentiũ: non malã uoluntatẽ inuidentiũ. In oibus tñ iudiciis suis Dei retributionem cogitet.

¶ Declaratio.

IBi. Qui tamen lecti &c. ¶ Pro obseruantia huius textus: Prælati: uel quibus ipsi mandauerint: bis aut ter in anno scrupulose omnes cellas uisitent: aut uisitari faciant: nec permittant in dictis cellis teneri poma: odoramenta cuiuslibet generis: specula: aut alia statui religiosorum non competentia: Et superflua omnia amputent iuxta regulam. ¶ Et cum monachis: usus lineorũ interdicat: hoc præcipue in stramentis lectorum seruari debet: Quod etiã de caligis intelligit. ¶ Licet tñ super saccum aut mattam pannũ laneum habere aut lineum grossiorem: qui possit remoueri/& ablui.

¶ De mensa Abbatis. Capũ. lvi.

MEnsa Abbatis cũ hospitib⁹ & peregrinis sit sem-

per quotiẽs tamẽ minus sunt hospites: quos uult de fratribus uocar̃: in ipsius sit potestate. Seniorẽ autem unũ aut duos: semp cum fratribus dimittẽ dum procuret propter disciplinam.

¶ Declaratio.

I Bi. Quotiens minus sunt hospites: quos uult &c. ¶ Vel si eligit esse in refectorio cum fratribus magis laudamus.

¶ De Artificibus mo nasterii. Cap̃. lvii.

ARtifices si sunt in monasterio: cum omni humilitate & reuerentia faciant ipsas artes: tamen si permiserit Abbas. ꝙ si aliquis ex eis extollitur ꝑ scia artis suę: eo ꝙ uideatur aliquid conferre monasterio: hic talis euellatur ab ipsa arte: & denuo ꝑ eã non transeat: nisi humiliato ei iterum Abbas iubeat. Siquid uero ex operibus artificum uenundandum est uideant ipsi: ꝑ quorum manus transigenda sunt: ne aliquam fraudem præsumãt inferre. Memorent̃ Ananię: & Saphiræ: ne forte mortem: quam illi in corpore pertulerũt: hãc isti: uel omnes: qui aliquam fraudem de rebus monasterii fecerint: in anima patiant̃: in ipsis autem preciis: nõ surripiat auaritię malum: sed semp aliquantulum uilius det̃: q̃ a sæcularibus dat̃: ut in omnibus glorificetur deus.

De artificibus monasterii.

¶Declaratio.

ARtifices si sunt in monasterio &c. ¶Hortamur Prælatos: ne faciliter eximant fratres propter eorum artes a diuino officio/a communibus exercitiis/& aliorum fratrum obseruantia nisi animæ uel corporis saluti necessariũ esse censuerint: uel aliqua incubuerit necessitas: ob quam sic expedire iudicauerint. ¶Artem uero archimię nullũ cõgregationis nostræ ꝑ se/uel ꝑ alium quoquomodo exercere uolum⁹: & hoc in uirtute sanctę obedientiæ ꝑcipiendo mãdamus. ¶Siqs aũt: qd deus auertat: huic curioso uitio se implicuerit/ cõuictus/stet degradatus ꝑ mensem: & qualibet hebdomada comedat una die ꝑane & aqua in terra in refectorio. ¶Nullus autẽ audeat imprimere/uel imprimi facere noua opa sua: uel alterius sine capituli generalis cõsensu. Qui cõtrauenerit dicat suã culpam in capĩo: & totum ex integro psalteriũ Et prętera ipsa opera omnia sine fraude Prælato cõsignet: & illis priuetur.

¶De disciplina suscipiendorum fratrum. Cap̃. lviii.

NOuiter ueniens quis ad conuersionem/nõ ei facilis tribuat̃ ĩgressus: sed sicut ait apostolus. Probate spiritus: si ex deo sunt. Ergo si ueniens perseuerauerit pulsans: & illatas sibi iniurias & difficul

tatem ingressus: post quatuor aut quinque dies uisus fuerit patienter portare/ & persistere petitio ni suæ/annuatur ei ingressus: & sit in cella hospitum paucis diebus. Postea sit in cella nouitiorum: ubi meditetur/ & manducet: & dormiat. Et senior ei talis deputetur: qui aptus sit ad lucrandas animas: & qui super eum omnino curiose intendat: & sollicitus sit: si reuera deum quærit: & si sollicitus est ad opus dei / ad obedientiam ad opprobria. Prædicentur ei omnia dura & aspera per quæ itur ad deum: & si promiserit de stabilitatis suæ perseuerantia: post duorum mensium circulum legatur ei hæc regula per ordinem: & dicatur ei. Ecce lex/sub qua militare uis. Si potes obseruare/ingredere: si uero non potes liber discede: si adhuc steterit: tunc ducatur in supradictam cellam nouitiorum: & iterum probetur in omni patientia. Et post sex mensium circulum/ relegatur ei regula: ut sciat ad quod ingrediatur. Et si adhuc stat. Post quatuor menses iterum relegatur ei eadem regula. Et si habita secum deliberatione promiserit se omnia custodire/& cuncta sibi imperata seruare: tunc suscipiatur in congregatione: sciens se sub lege regulæ constitutum: q̃ ei ex illa die non liceat egredi de monasterio / nec collum excutere de sub iugo regulæ: quam sub iam morosa deliberatione licuit ei excusare aut suscipere.

De uestimen. & calciamen. fratrũ.

Quod ab Abbate non accæperit: grauissimæ disciplinæ subiaceat. Et ut hoc uitium peculiare radicitus amputet: dentur ab Abbate omnia: quę sunt necessaria: idest cuculla: tunica: pedules: caligæ: bracile: cultellus: graphium: acus: mappula: tabulę: ut omnis auferatur necessitatis excusatio: a quo tñ Abbate semper cõsideret illa snia actuũ Apostolorũ: quia dabat singulis: put cuiq; opus erat. Ita ergo/& Abbas cõsideret infirmitatẽ indigentiũ: non malã uoluntatẽ inuidentiũ. In oibus tñ iudiciis suis Dei retributionem cogitet.

¶ Declaratio.

IBi. Qui tamen lecti &c. ¶ Pro obseruantia huius textus: Prælati: uel quibus ipsi mandauerint: bis aut ter in anno scrupulose omnes cellas uisitent: aut uisitari faciant: nec permittant in dictis cellis teneri poma: odoramenta cuiuslibet generis: specula: aut alia statui religiosorum non competentia: Et superflua omnia amputent iuxta regulam. ¶ Et cum monachis: usus lineorũ interdicat: hoc præcipue in stramentis lectorum seruari debet: Quod etiã de caligis intelligit. ¶ Licet tñ super saccum aut mattam pannũ laneum habere aut lineum grossiorem: qui possit remoueri/& ablui.

¶ De mensa Abbatis. Capũ. lvi.

MEnsa Abbatis cũ hospitib⁹ & peregrinis sit sem-

¶ Sequẽti mane ad missam statim post cõionem sacerdotis: & conuentus: quando fit cõmunio generalis: ad altare maius ab ipso Abbate det ei habitus nouitialis: Chlamys/ uidelicet & scapulare strictum: nisi fuerit professus alicuius monasterii uel ordinis: cui tunc detur scapulare professorũ cum dicta chlamyde: facta tamen ex utraq; parte protestatione: ut ex hoc non intelligatur nostræ congregationis professus: donec transacto anno recipiatur ad stabilitatem. ¶ Debet autem a patre & patribus monasterii recipi: & lecta in ecclesia petitione sua post offertorium: detur illi cucula: et prætermissis aliis solemnitatibus ad pacis osculum recipiatur. ¶ Ibi. Suscipiatur in congregatione. ¶ Ita tamen: ut prius habeatur licentia a capitulo generali: uel uisitatoribus suis in actu uisitationis: ac consensus maioris partis seniorum computata uoce Prelati: qui hoc casu quatuor ad minus uocentur: supplendo ex maturioribus: antequam proponatur conuentui: si recipi debeat. Nec etiam habita licentia & consensu: præfatis: recipiatur: nisi duæ partes conuentus consentiãt: secundum priuilegia nostra. ¶ Hoc stricte mandãtes: ut nullus ea: quæ in capitulo dicta de nouitio fuerint: quæ maxime scandalum generare possent: ipsi/nec aliis audeat reuelare. Siquis uero cõtrafecerit: dicat suam culpam in capitulo: & comedat in pane & aqua in terra in refectorio. ¶ Et ut

De disciplina suscipiendorꝫ fratrũ.

liberius & cum pacis conseruatione omnia proce dant. Volumus/q; si fuerit in cõuentu/aliquis di cti nouitii cõsanguineus: etiam si ipsius monaste rii Prælat⁹ fuerit: tempore eiusmodi discussionis capitulum exeat: ut liberius fratres: quid de ipso nouitio sentiãt: loqui possint. ¶ In danda autem uoce Ballottę suæ: sicut & cæteri fratres capitulo intersit. ¶ Eadem quoq; ratione de Magistro no uitiorum idem censemus. Vt uidelicet non inter sit: tam cũ congregatis superioribus: q̃ in conuen tu: quãdo de nouitio tractabitur. Sed dicta prius simpliciter opinione sua: exeat: donec huiusmodi tractatus ineatur: postea uero ballottationi ubiq; intersit.

¶ Diuisio. Regula.

SVscipiendus autem in oratorio coram omnibus promittat de stabilitate sua: & conuersione morũ suorum: & obediẽtia: coram Deo & sanctis eius: ut si aliquãdo aliter fecerit: ab eo se damnandum sciat: quem irridet. De qua promissione sua faciat petitionem ad nomen sanctorum: quorꝫ reliquiæ ibi sunt: & Abbatis præsentis. Quam petitiõem manu sua scribat: aut certe si nõ scit lr̃as: alter ab eo rogatus scribat. Et ille nouitius signum faciat: & manu sua eam super altare ponat. Quam dum posuerit: incipiat ipse nouiti⁹ mox hunc uersum. Suscipe me domine ſm eloquium tuum: & uiuã:

& non confundas me ab expectatione mea. Quẽ uersum omnis congregatio tertio respondeat: adiungentes/ Gloria patri. Tũc ipse frater nouitius prosternat̃ singulorꝫ pedibus: ut orent pro eo: & iam ex illa hora in congregatione reputet̃: Res/ si quas habet: aut eroget prius pauperib⁹: aut facta solemniter donatione conferat monasterio: nihil sibi reseruans ex omnibus. Quippe qui & illo die nec ꝓprii corporis pãtẽ se habiturũ sciat. Mox ergo in oratorio exuat̃ rebus ꝓpriis: qb⁹ uestit⁹ est: & induat̃ rebus monasterii. Illa aũt uestimenta: quibus exutus est. Reponantur in uestiario conseruanda: ut si aliquando suadente diabolo cõsenserit: ut egrediatur de monasterio: quod absit: tũc exutus rebus monasterii proiiciat̃. Illam tñ petitiõem eius: quam super altare Abbas tulit: nõ recipiat: sed in monasterio reseruetur.

¶ Declaratio.

Bi. Faciat petitionẽ. ¶ Forma petitionis erit hęc. Videlicet. In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno a natiuitate eiusdem. M. D. XX. Die. N. Mensis N. Ego Domnus N. De tali loco promitto stabilitatem meam & conuersionem morum meorꝫ: & obedientiam: �means regulam sancti Benedicti: Corã deo: & omnibus sanctis: quorum reliquiæ habentur in hoc monasterio N. N.

De disciplina suscipiendorꝫ fratrũ

de. N. in præsentia uenerandi Patris domni N. eiusdem monasterii Abbatis uel prioris: & monachorum eiusdem monasterii: sub congregatione Casinensi: alias sanctæ Iustinæ de Padua. Ad cuius rei fidem/ hanc petitionem manu propria scripsi. Si nescit scribere/ dicat: scribi feci: die/ quo supra. Et propria manu faciat crucem in chartula petitionis. ¶ Deinde post orationes/ uestium benedictionem/ ac susceptionem: sanctiq; spiritus inuocationem: & cæteras regulæ & congregationis consuetas solemnitates/ recipiatur ab omnibus ad osculum pacis. ¶ Declaram⁹ etiam & firmiter statuim⁹ commissos nostros fratrum nostrorum nomine censeri: & in eorum numero computari debere. Qui nostris priuilegiis inscripti & specialiter nominati: gratiis: indulgentiis & immunitatibus sicut cæteri monachi/ plenissime gaudent. ¶ Et ut tranquillioribus animis propositi sui domino exhibeant famulatum: & actiuæ uitæ: cui maxime inseruire noscuntur: operam feruentius impendant: omnium bonorum tam spiritualium q̃ temporalium: quæ in nostra congregatione fiunt: & fient in posterũ: ipsos commissos tanq̃ cęteros fratres cõparticipes esse cẽsemus. Prouideat etiã eorꝫ necessitatibus tam spũalibus q̃ corporalibus omni charitate & sollicitudine. Fiantq; orationes & missę post mortẽ: sicut proprie pro monachis.

¶ Qui

¶ Qui commissi post completum biennium probationis: & non ante: quando Prælato cũ seniori bus suis uisum fuerit: ac de concordia: & cõsensu omnium ipsorũ: quos quatuor saltem ultra uocem prælati esse uolumus: aut duarum partiũ cõuentus: si ipsi non cõuenerint: ad stabilitatem recipiantur. Quæ recæptio fiat in capitulo: datoq; illis a Prælato mantello & caputio in signum receptionis & stabilitatis: ab ipso & ab omnibus fratribus recipiantur ad osculum pacis. ¶ Et donec nobiscum perseuerauerint: teneantur seruare castitatem: paupertatem: & obedientiam. ¶ Qui tamen debent & ipsi aliqd' pensum seruitutis Deo psoluere. Videlicet in nocturnis & matutinis trigintatres Pater/& Aue maria. Ad primã: tertiã: sextam: & nonam: & Completorium per quamlibet horam. Septem. Ad uesperas autem duodecim. ¶ Præterea ultimi secundum suos ordines stent ubiq; post monachos. ¶ In refectorio autẽ comedant ad quandam mensam: a monachis separatam. ¶ Attendatur etiam: ne diebus festis uacent ocio. ¶ Siquis uero eorum uitiosus aut scandalosus post recęptiõem repertus fuerit: Seruetur circa eum forma regulæ: secũdum meritum culpæ usq; ad expulsionem. ¶ Ad quam tamen nolumus quenquam Prælatorum procedere: nisi seruatis: quæ supra in suscæptione eorum statuimus: uidelicet cum consensu omnium seniorum:

commissi nõ pro fitentur nisi post biennium.

receptio fiat in capto.

seruãt castitatẽ paupertatẽ et obedientiã quouq; perseuerãt nobiscũ

distributio officij diui in commissos

gradus et locus commissorũ

consensus omnium seniorũ requiritur ad expulsionem commissorũ

De filiis nobiliũ uel pauperũ: q̃ offerunt.

duarũ partiũ conuentus

aut duarum partium conuentus: si non conuenerint. ¶ Ordinamus pręterea q̃ de cætero nulli cõmissorum nostrorum permittatur litteras addiscere: neq̃ in clericum recipi possint: Qui uero legere sciunt: cum lnia superiorũ suorũ: seorsum: & ita legant: q̃ cæteri non prouocentur: et oriat̃ scandalum. ¶ Præfigimus etiam oblatis nostris terminum cõfitendi saltem semel in mense: & communicandi in solennitatibus præcipuis. ¶ Ipsi oblati: si sunt litterati: dicant officium de Domina: & officium mortuorum: nec non aliquando septem Psalmos pœnitentiales cum litaniis: secundum suam deuotionem. ¶ Si autem sunt idiotæ: dicãt officium: sicut commissi: uel saltem quotidie coronam de Domina maiorem.

¶ De filiis nobilium uel pauperum: qui offeruntur. Cap̃. lix.

S Iquis forte de nobilibus offert filium suum Deo in monasterio: si ipse puer minor ætate est: Parentes eius faciant petitionem: quam supra diximus. Et cum oblatione ipsam petitionem & manum pueri inuoluant in palla altaris: et sic eum offerant. De rebus autem suis: aut in præsenti petitione promittant sub iureiurando: quia nunquam per se: neq̃ per suspectam personam: nec quolibet modo ei aliquãdo aliquid dent: aut tribuant

occaſionem habendi. Vel certe ſi hoc facere noluerint: in elemoſyna monaſterio pro mercede ſua faciant ex rebus: quas dare uolunt monaſterio: donationem: reſeruato ſibi: ſi ita uoluerint uſufructuario. Atq; ita omnia obſtruãtur: ut nulla ſuſpitio remaneat puero: per quam decæptus perire poſſit: quod abſit: quod experimento didicimus. Similiter autem & pauperiores faciant. Qui uero ex toto nihil habẽt: ſimpliciter petitionem faciant: & cum oblatiõe offerant filium ſuũ coram teſtibus.

¶ Declaratio.

I Bi. Si puer minor ętate. ¶ Huius modi pueros minoris ætatis nullatenus in congregatione recipimus: ut ſupra in capitulo trigeſimo, de pueris minori ætate.

¶ De ſacerdotibus: qui uoluerint in monaſterio habitare. Cap̃. lx.

S Iquis de ordine ſacerdotum in monaſterio ſe ſuſcipi rogauerit: non quidem ei citius aſſentiatur. Tamen ſi omnino perſtiterit in hac petitione: ſciat ſe omnem regulæ diſciplinam ſeruaturum: nec aliquid ei relaxabitur: ut ſit: ſicut ſcriptum eſt. Amice ad quid ueniſti? ¶ Concedatur ei tamen poſt Abbatem ſtare: & benedicere: aut miſſas tenere: ſi tamen iuſſerit ei Abbas. Sin

De monachis peregrinis qualiter suscipiant

alias nullatenus aliqua psumat: sciens se disciplinæ regulari subditum: & magis humilitatis exempla omnibus det. Si forte ordinationis: aut alicuius rei causa fuerit in monasterio: illum locum attendat: quando ingressus est in monasteriū: nō illum: qui ei pro reuerentia sacerdotii cōcessus est Clericorum autem: siquis eodem desiderio monasterio sociari uoluerit: loco mediocri collocetur. Et ipse tamen si promittit de obseruatione regulæ uel propria stabilitate.

¶ Declaratio.

SIquis de ordine sacerdotū &c. ¶ In sacerdotibus & clericis congregationem nostram ingrediētib⁹ obseruamus ordinem ꝓfessionis. ¶ Verum præsbyteros ꝓpter sacerdotii reuerentiam sup alios nouitios collocamus. Idem quoq; potest facere Prælatus de aliis: si sibi uidebit: aliqua rōnabili causa. Quibus tamen propter hoc nō intendim⁹ ꝓiudicare: quo ad tempus ꝓfessionis. ¶ Inhibemus ēt plerunq; ꝓfatis sacerdotibus celebrationē missarū ad tēpus: ut ex hoc eoꝝ humilitas cōprobet: & ut eam etiam melius addiscant.

¶ De monachis peregrinis: qualiter suscipiāt

Capꝯ. lxi.

SIquis monachus peregrinus de longinquis ꝓuinciis superuenerit: si pro hospite uoluerit habitare

in mona-

in monasterio: & contentus fuerit cõsuetudine loci: quam inuenerit: & non forte superfluitate sua perturbat monasterium: sed simpliciter contẽtus est: quod inuenerit: suscipiatur quanto tempore cupit. Siqua tamen rationabiliter & cum humilitate charitatis reprehendit aut ostẽdit: tractet Abbas prudenter: ne forte per hoc ipsum dominus direxerit. Si uero postea uoluerit stabilitatem suam firmare: non renuatur talis uoluntas: & maxime: quia tempore hospitalitatis potuit uita dignosci. Quod si superfluus aut uitiosus inuentus fuerit tempore hospitalitatis: non solũ debet sociari corpori monasterii: uerum etiam dicatur ei honeste: ut discedat: ne eius miseria etiam alii uitientur. Quod si non fuerit talis: qui mereat̃ proiici: non solum si petierit: suscipiatur congregationi sociandus: uerũ etiam suadeat̃: ut stet: ut eius exẽplo alii erudiant̃: & quia in omni loco uni domino seruitur: & uni regi militat̃. Quem etiam si talem esse perspexerit abbas: liceat eum in superiori aliquantulum constituere loco: Non solum autem Monachum: sed etiã de supradictis gradibus Sacerdotũ uel clericorũ: stabilire potest Abbas in maiori: q̃ ingreditur loco: si eius talem prospexerit uitam. Caueat autem Abbas: ne aliquando de alio noto monasterio: Monachum ad habitandum suscipiat sine consensu Abbatis eius: aut litteris cõmendatitiis, quia scriptum est, Quod tibi non uis fie

ri: alteri ne feceris.

¶ Declaratio.

IBi. Congregatiõi ſociãdus. ¶ Pater noſter in Regula uidetur concedere monachos alterius monaſterii ſuſcipi poſſe: ſi tñ litteras cõmendatitias habuerunt. Verum cum temporibus noſtris multæ ſuccreuerint religiones: uariiq; ſint eorꝝ mores: & ex his pleriq; leuitate potiuſq; ſanctitatis zelo propria deſerentes loca ad noſtraq; accedentes difficillime iam aſſumptos ualeant depõere mores: ita ut ſua uarietate uel murmuratiõibus ſeu detractionibus eorꝝ: quæ uident: uel inſtabilitate ſua ſæpiſſime gregem cõturbent: & cum longa experientia didicerimus: raro tales ad profectum dictis cauſis pueniſſe. ¶ Propterea ut eorum ſtabilitati: et noſtræ congregationis paci utiliter conſulamus: ordinamus primo q̃ nullus de ordine mendicantiũ ſuſcipiatur ad monachatum in congregatione noſtra. Quia ex conſtitutione domini Martini Papę quinti: recipientes eſſent ipſo facto excõmunicati & ipſe receptus cogeretur redire ad ſuũ ordinem. ¶ Ordinamus etiam q̃ profeſſi in congregatione noſtra: ſi alibi ſtabilitatem ſuam firmauerint: amplius in congregatione nõ recipiantur: ſine cõſenſu capituli generalis. ¶ Item de aliis ordinibus: in quibus aliquod monaſterium fuerit in obſeruantia nõ recipiant' uniendi corpori congregationis: Sed moneant': ut pſeuerent ea uocatione: qua uo

cati sunt: nisi esset persona adeo notabilis & tantę maturitatis: q̃ dubitari non posset: quin nisi zelo sanctioris uitæ uelit mutare statum. ¶ Si uero nullũ monasterium fuerit in obseruãtia in suo ordine: aut constiterit eum nunq̃ fuisse in obseruantia regulari: talis suscipi possit: quia in his cessant causæ prædictæ. ¶ In supradictis tñ ꝓhibitionibus: excæptis de mendicantibus dispensationẽ generali capitulo reseruamus.

¶ De Sacerdotibus monasterii. Capꝯ. lxii.

SIquis Abbas sibi Pręsbyterum: uel Diaconẽ ordinare petierit: de suis eligat: q̃ dignus sit sacerdotio fungi. Ordinatus aũt caueat elationẽ aut supbiam: Nec quicq̃ præsumat: nisi quod ei ab Abbate præcipit: Sciens se multo magis disciplinæ regulari subditũ. Nec occasione sacerdotii obliuiscatur regulæ obedientiam & disciplinam: sed magis ac magis in domino proficiat. Locum uero illum semper attendat: quo ingressus est in monasteriũ præter officium altaris: aut si forte electio congregationis & uoluntas Abbatis pro uitæ merito eũ promouere uoluerit. Qui tamen regulam a Decanis uel Præpositis cõstitutam sibi seruare sciat. q̃ si aliter præsumpserit non sacerdos: sed rebellio iudicetur. Et sæpe admonitus si non correxerit: etiam episcopus adducatur in testimonium.

Quod si non emendauerit clarescentibus culpis: proiiciatur de Monasterio: si tamē talis fuerit eius contumacia: ut subdi: aut obedire regulę nolit.

¶ Declaratio.

IBi. Eligat Abbas. ¶ Cum consilio & consensu maioris partis seniorū: suorū computata uoce Prelati. ¶ Et ibi. Qui dignus sit. ¶ Ideo uolumus q̄ patres mōasteriorū: una cum senioribus prius diligēter: ad sacros ordines: maxime uero ad sacerdotiū promouendos examinent super sufficientia & litteratura: moresq̄ & uitam attentius considerent. Et si humana tamē fragilitate considerata: fuerint iudicati idonei officium implere: ad quod assumūtur: Considerato q̄ in monachis: qui curam nō habent animarū: non exigit̄ tanta sufficientia quanta in aliis: qui hanc curam habent: non prius ordinent̄ q̄ obtenta licētia a capitulo generali: aut saltem a suis uisitatoribus: etiam si alter actu: & non officio uisitator esset. ¶ Quam tamen licentiam dare non possint: nisi cum in actu uisitationis sūt: ut si opus fuerit presentialiter eos examinare possint: ac uitam & mores intelligere. ¶ Casu tamen magnæ necessitatis: puta pro morte aliorum sacerdotum uel amotione: ita q̄ scandalum esset expectare tempus capituli: uel uisitationis: sufficiat licentia Præsidentis: uel unius uisitatoris. ¶ Vel si

artior neceſſitas urgeret Prælati & ſeniorum. Præ
miſſa ut diximus examinatiõe & diſcuſſione circa
ordinandos. ¶ Hoc ſane ante omnia attendentes
q̃ nullus etiam his ſtantibus neceſſitatibus ad ali-
quem ordinem promoueatur: niſi de triennio in
triennium a die ingreſſus Religionis. ¶ Viſita-
tores tamen poſſint ex legitima cauſa diſpenſare p̃
duos aut tres tantum menſes: cum huiuſmodi or-
dinandis. ¶ Mandantes uniuerſis prælatis noſtrę
Congregationis quatenus pro miſſis nouis cele-
brandis nõ p̃mittant ſolemnes inuitationes: aut
oblationes fieri: ſed pure ac ſimpliciter fiat: pro ut
noſtræ conſuetudinis eſt. ¶ Si quos aũt capitulũ
proxime p̃teritum ad pręfatos ordines eorꝫ iſuffi-
cientia: uel alia cauſa nõ admiſerit: nullatenus eis
licentiam dare poſſint præfati: nec ad ordines p̃-
moueri facere: nec promoueri poterũt: niſi rurſus
petita & obtenta licentia a Capitulo generali.
¶ Si autem quæ ſupradiximus ſeruata nõ fuerint:
aut ordinatus nõ fuerit idoneus repertus ſuſpen-
datur ab ordinis illius adminiſtratione: donec iu-
dicetur idoneus. Et Pater qui cauſa eius ordinati-
onis fuit: puniat̃ iudicio Capituli generalis. ¶ Ca
ueant tamen patres ne primo anno: quo quis Fra
ter in aliquo monaſterio deputat̃ eundem ad or-
dines ſacros promoueri faciant: niſi ſeruatis ſupra
dictis omnibus: Et inſuper habito conſenſu Præ-
lati & ſenior̃ monaſterii: in quo prius idem frater

morabatur: & licentia patris Præsidentis. ¶ Ordinati uero sacerdotes: si celebrare noluerint: dicāt antiphonas: nisi aliqua legitima cā maioris partis seniorꝝ arbitrio approbanda excusent. ¶ Et quia ad sacerdotis officiū pertinet: ligare & soluere: ubi auctoritas & scientia requirit: iniungimus Prælatis: ut ad audiendas cōfessiones sæcularium eligāt fratres ad id idoneos: uel qui probabiliter apti sūt esse idonei: Quas tñ prius dicere faciant: uel a fratribus doctis: uel ab aliis si cōmode fieri poterit: saltem ad hoc officium in genere necessaria: & prius examinent: an idonei sint: uel probabiliter pręsumi possit: exercendo actum cōfessionis futuros idoneos. ¶ Et hoc diligentius attendi uolumus. Ne: quod absit: in præiudicium animarum: & confusionem religionis ipsum officium exerceri cōtingat. ¶ Fratres uero sic electi studeant diligenter huic tam cōmēdabili opi se aptos reddere: oēmqꝫ industriam adhibeāt & curā ob dei honorē & salutē animarꝫ: qua nihil est Deo acceptius: ut quā melius possunt: tam piū opus utiliter exequant: quod ut dignius impleri queat: etiam uisitatores: si opus fuerit: Prælato ea sollicite seruare mandabunt. ¶ Et licet ex priuilegiis nostris fratres electi ad audiendas sæcularium confessiones olim ꝑ priuilegium Eugenii quarti haberēt casus Episcopales: hodie tamē per indultum Leonis decimi: per simplicem deputationem non intelligunt habere

dictos caſus: niſi a prælato expreſſe conceſſi fuerint. ¶ Vñ ne faciliter eis abutant. Declaret Prælatus ſpecifice: quando eos inſtituit ad audiendas confeſſiones: quos caſus ſibi reſeruat: & a quibus permittit eos abſoluere poſſe. ¶ Conſueuerũt tamen Prælati ſibi reſeruare uotorꝫ permutationes: incertorꝫ diſpenſationes: excõmunicationem propter ſententias ab homine latas: homicidium uoluntarium & huiuſmodi etiam benefacient reſeruando: ſi ſibi uidebitur. ¶ Interdicat etiam Prælatus iis: quos ad audiendas confeſſiones inſtituit: ne qua uis occaſione: ſeu prætextu pietatis: & elemoſynæ faciendæ pauperibus: neqꝫ etiam promiſſis celebrandis aliquam pecuniam petant: aut oblatam accipiant a confitentibus: quo uis quæſito colore: ſibi hunc caſum: ſi quis cõtrafecerit reſeruando: & pro qualitate exceſſus: ſi ſibi uidebitur: etiam uſqꝫ ad priuationem dicti officii puniendo. ¶ Quod ſiqs ex cõfitentibus ꝑtinacius inſiſteret aliqd dare: ad ſacriſtam monaſterii dirigat. ¶ Licet aũt in noſtris monaſteriis oẽs ueniẽtes ad nos poſſint cõmunicare iuxta priuilegia noſtra: tamen declarauit Dominus Eugenius quartus: non eſſe intelligendum de die Paſche: quo tempore non licet Ciues locorum: ubi ſita ſunt monaſteria abſque ſuorum ſuperiorum licentia communicare: ſed forenſes poſſint ſine licentia. ¶ Tamen dominus Pius ſecũdus cõceſſit oraculo uiuę uocis toti

pecunia non eſt accipienda a cõfitentibus.

nõ ſunt communicandi in die paſcatis ſeculares niſi ſint forenſes

congregationi nostræ: ut omnia sacramenta ēt in die Paschæ cōferri possint per monachos: Peregrinis famulis & hospitibus: quos in monasteriis nostris contigerit infirmari. ¶ Inhibemus ꝑterea ne Prælati aut monachi nostræ cōgregatiōis occasione uisitationis: aut custodię infirmorꝫ extra monasteria dormiant. ¶ Ad sepulturas uero: & mortuorū exequias nulli accedere liceat. ¶ Ad ꝑcauēdos aūt casus suspectos: pro cōseruatione bonæ famę: q̄ sæpius mulierū cōuersatiōe maculari solet: edicto ꝑpetuo: & irrefragabili cōstitutiōe ꝓhibemus & districte ꝑcipiendo mandamus: ne sub cura nr̄a monasteria Monialium ullatenus acceptētur: nec earū: aut aliarum mulierum cuiuscunqꝫ status: gradus: ætatis aut conditionis existant confessiones audiant intra uel extra monasteria nostra: nisi forte dūtaxat in illis monasteriis: quæ curam habent animarum: & earū tantū: quæ subsunt Parrochiæ monasteriorum. Et hoc superueniente ineuitabili necessitate. ¶ Nec quis de Congregatione nostra audeat instruere: uel informare quempiam de modo: quo patres Congregationis induci possint ad huiusmodi monasteria recipienda: dando eis formam et modū: quem circa hoc seruare debeant: grauissime si contrafecerit puniēdus. ¶ Accessus quoqꝫ ad ea monasteria: acceptiōem munusculorꝫ litterarum: uel nuntiorum monialium pari lege ꝓhibemus. Sitqꝫ casus Prælato reseruatus: a quo:

nisi ab ipo: nullus poterit absolui: Fratres uero nostri fugitiui: uel qui extra obediētiā nostram ad sacros ordines promouentur: si redierint non pmittant in eis ministrare: nisi per capitulum generale cum eis dispēset: & ex nouem diffinitoribus octo consentiāt: Præterq̄ si in apostasia ordines recepissent. ¶ Expulsos aūt ultra nō recipimus: ut supra dictum est in Capitulo. xxix.

¶ De ordine cōgregationis. Cap̄. lxiii.

ORdines suos in monasterio ita cōseruent: ut conuersionis tempus: & uitæ meritum discernit: uel ut Abbas constituerit: qui Abbas non cōturbet gregem sibi cōmissum: nec quasi libera utens potestate: iniuste disponat aliquid: sed cogitet semp quia de omnibus iudiciis & operibus suis redditurus est Deo rationem. Ergo secundum ordines: quos cōstituerit: uel quos habuerīt ipsi fratres: sic accedant ad pacem: ad cōmunionem: ad Psalmū imponendum: in Choro standum. Et in omnibus omnino locis: ætas non discernat: in ordine nec præiudicet. Quia Samuel & Daniel pueri Presbyteros iudicauerūt. Ergo exceptis iis: quos ut diximus altiori consilio Abbas prætulerit uel degradauerit certis ex causis: reliqui omnes: ut conuertuntur: ita sint. Vt uerbi gratia: qui secūda diei hora uenerit in monasteriū iuniorem se nouerit esse

illo: Qui prima hora diei uenerit: cuiuslibet ætatis aut dignitatis sit.

¶ Declaratio.

I Bi. Secundum ordines: quos constituerit. ¶ Declaramus secũdum morem nostrũ antiquũ: ꝙ post Abbates: Priores Claustrales: siue ubi eẽt titulus Prioratus: Primus decanus locum habeãt post p̃dictos Decani: post Decanos magistri nouitiorum: postea Cellerarii: si locum superiorẽ tenuerint: post Præfatos sequantur cæteri secundũ ordinem suæ professionis: pręterq̃: qui aliqua causa degradati fuerint. ¶ Non prohibemus tamẽ ꝓpter hoc: quin rationabili causa Prælatus iuxtam regulam de dictis aliter disponere possit. ¶ Vt autem prædictus ordo melius seruari possit: habeat in singulis monasteriis matricula omnium fratrũ: nostræ congregationis professoꝝ: in qua singulis annis scribantur Fratres. Qui professionem emiserint: ponendo diem & annum. ¶ Ibi exceptis iis quos ut diximus &c. Ad omnẽ ambiguitatẽ tollẽdam in nostra cõgregatione circa illos: quos altiori consilio duximus præferendos: ordinamus. Quod pater Præsidens omni tempore teneat primum locum inter Patres congregationis. Sedem etiam Abbatis in Choro: si ibi præsens fuerit: teneat: quo a Choro absente: liceat Abbati tenere

ſedem ſuam. Benedictionem & omnia ſigna tam particularia q̃ generalia faciat ubiq; : incipiat Te deum laudamus : cantet Euangelium ad matutinum & antiphonas duplices. ¶ Id ipſum faciant etiam uiſitatores cum in actu uiſitationis abſente Præſidente fuerint: & teneant primam ſecundi Chori ſedem. Quo tempore uel ſi forte Præſidens adſit in ſignum reuerentiæ: Prælatus loci ẽt ſi eſſet uiſitator teneat ſecundam ſedẽ primi Chori. ¶ Quod ſi uiſitatores fuerint in aliquo monaſterio: & non cauſa uiſitationis teneãt quidẽ ſemper locum ſuper Prelatum: ſed ſigna dũtaxat præeminentiæ faciant principalia ſibiinuicem deferẽdo: ſecundum ordinem profeſſionis ſuę: niſi forte Prælatus loci eſſet & ipſe uiſitator : quia tunc in monaſterio ſuo tantum: etiam ſuper antiquiores uiſitatores locum tenebit: ratione particularis regiminis. ¶ Viſitator autem actu: & non officio: ſi Prælatus extiterit : tempore uiſitationis tantum præcedet Prælatum loci : niſi qui uiſitatur eſſet & ipſe uiſitator officio : quo caſu immediate poſt ipſum locum teneat: Et eo abſente omnia ſigna faciat. Sicut & cæteri uiſitatores. ¶ Idem ſeruetur in uiſitatore actu: qui non eſſet Prelatus: ut uidelicet omnia ſigna faciat: abſente Prælato : ſicut cæteri uiſitatores Prælati. ¶ Reliq uero Prælati faciant ubique in abſentia Prælati & uiſitatorum ſigna præeminentiæ : ſibi inuicem deferen-

do ſecundum profeſſionis tempus. ¶ Prelatus au tem loci: ſi affuerit præcedet etiam antiquiores. ¶ Titulares uero imediate poſt alios prælatos ſequantur: ſecundum profeſſionis ſuę temp⁹ ſibi in uicem deferendo. Quibus locũ aſſignamus: Poſt primam ſedem primi Chori. Qui ſint per omnia Prælatis cum quibus degunt ſubditi: ſicut cæteri monachi: teneantq; loca ſuę profeſſionis: cum in capitulo generali: cæteri Prelati fuerint abſoluti. ¶ Seniores uero: ſic ſibi inuicem deferant. Vt Priores clauſtrales: & primi Decani monaſteriorꝫ habentium titulum Prioratus ex ſuo monaſterio ad aliud euntes teneant loca poſt Priorem clauſtralem monaſterii in quo fuerint: uel poſt primũ Decanum: ſi eſſet titulus Prioratus. Similiter Decani poſt Decanos. Magiſtri nouitiorum poſt habẽtes idem officium: Cellerarii poſt Cellerarios ſecũdum profeſſionem ſibi inuicem deferẽtes. Et abſentibus ſuperioribus monaſterii faciant ſigna ẽt particularia. ¶ Similiter qui non ſunt ſuperiores: abſentibus ſupioribus ſuis & dignitate & profeſſione: idem faciant. ¶ Adminiſtratores uero monaſteriorum nullum habentes titulum: in monaſteriis adminiſtrationis ſuę omnes Priores Clauſtrales præcedant: in aliis uero ſequantur.
¶ Abbatem uero Caſinenſem propter dignitatem loci ac reuerentiam: merito ab hac generalitate excipientes: ſtatuimus. Vt uiſitatoribus &

Prælato loci: citra Romam inclusiue dumtaxat exceptis cunctos congregationis nostræ Prælatos p̄cedat. ¶ In monasterio aūt Casinensi & locis suis etiam uisitatores: excepto uisitationis tempore. ¶ Prior quoq; Casinensis uniuersos Priores claustrales ubiq; locoꝝ præcedat. ¶ Abbatē uero sancti Pauli de urbe: propter temporale dominium: in monasterio & locis suis tantū: locum super uisitatores: excepto uisitatiōis tpe tenere decernimꝰ. ¶ Constituta uero p uisitatores uel Prælatos monasterioꝝ in monasteriis suis durant post officiū suum: nisi a successoribus suis fuerint reuocata. ¶ De licentiis aūt particularibus dandis: aut dispensationibus: quæ ultra uisitationis tēpus sunt duraturæ: Pręsidens siue uisitatores: se nullatenus intromittant: ne forte confusionem potius q̄ pacē in monasteriis relinquant: sed illas particularibus prælatis: qui animarū sibi cōmissarum clariorē habent notitiam relinquant: nisi in casibus: quos ad se pertinere iudicarent. ¶ Et tunc in scriptis dent præfatas licentias cum appositione parui sigilli cōgregationis: aliter non credat̄ eis: nec ipsis uti ualeant.

¶ Diuisio. Regula.

PVeris uero per omnia ab omnibus disciplina teneat̄: Iuniores ergo priores suos honorent. Priores uero iuniores suos diligant. In ipsa autem appellatione nominum nulli liceat alium puro ap-

pellare noīe: ſed Priores iuniores ſuos fratres no minēt iuniores aūt Priores ſuos Nonnos uocēt: qd intelligitur paterna reuerētia. Abbas aūt quia uices Chriſti agere uidetur: domnus & Abbas uocetur non ſua aſſumptione: ſed honore & amore chriſti: ipſe autem cogitet: & ſic ſe exhibeat: ut dignus ſit tali honore. Vbicunq; autem ſibi obuiāt fratres iunior a Priore benedictionem petat: tranſeunte maiore iunior ſurgat: & det ei locum ſedendi: nec præſumat iunior conſedere: niſi ei præcipiat ſenior ſuus: ut fiat quod ſcriptum eſt. Honore inuicem præuęnientes. Pueri parui uel adoleſcētes in oratorio uel ad menſam cum diſciplina ordines ſuos cōſequantur: foris aūt: uel ubi ubi cuſtodiam habeant & diſciplinam: uſq; dum ad intelligibilem ætatem perueniant.

¶ Declaratio.

IBi. Priores iuniores ſuos fratres uocent. ¶ Ex noſtra antiqua conſuetudine ad differentiam mēdicātiū: monachos noſtros appellamus Domnos: ſed affectu fratres: iuniores ſeniores ſuos patres uocent. Abbas uero iuxta regulam: Domnus & Abbas: non dominus appelletur. ¶ Et ibi benedictionem petat. ¶ Hanc benedictionis petitionem intelligimus ſigno magis q̄ uerbo; ideo per inclinationem capitis fiat.

De ordinando Abbate. Cap̄.lxiiii.

IN Abbatis ordinatione illa ſemper conſideret̄ ratio: ut hic conſtituatur: quem ſibi omnis concors congregatio ſecūdū timorem dei: ſiue etiam pars quāuis parua congregationis ſaniori conſilio elegerit. Vitæ autem merito: & ſapiētiæ doctrina eligatur: qui ordinandus eſt: etiam ſi ultimus fuerit in ordine congregationis: quod ſi etiā omnis congregatio uitiis ſuis: quod qdem abſit: conſentientem ꝑſonā pari cōſilio elegerit: & uitia ipſa aliquatenus in notitiā ep̄i ad cuius Dioceſim ꝑtinet locꝰ ipſe: uel Abbatibus: aut chriſtianis uicinis claruerint: ꝓhibeāt ꝑuoꝝ ꝑualere cōſenſum: ſed domui dei dignū cōſtituant diſpēſatorē ſcientes ꝓ hoc ſe recepturos mercedē bonam: ſi illud caſte: & zelo dei faciant: ſicut econtrario peccatū: ſi negligant.

¶ Declaratio.

IN Abbatis ordinatione &c. ¶ Hodie ſecundum priuilegia noſtra eligunt̄ prælati per capitulū generale: aut intra annum per Præſidentem & Viſitatores ad eoꝝ beneplacitū. Qui Abbates habēt omnia Priuilegia & inſigna & iuriſdictionē: quā perpetui & benedicti habere conſueuerunt: Poſſunt benedicere corporalia: ueſtes cæteraq; eccleſiaſtica ornamenta: etiā eis undecunq; delata tam a noſtris: q̄ ab aliis. ¶ Idē priores: ubi titulus eſt

Prioratus:& non Abbatiæ. ¶ Qui Prælati cōgre gationis nostræ sine conuentu habēt potestatem erigendi altare in monasteriis & locis suis: nec nō altare portatile:in itinere constituti. ¶ Cætera uero omnia:quæ ad episcopi iurisdictionem ptinent simul cum conuentu expedire poterunt. ¶ Membra quoq; monasteriorꝝ suorum: & beneficia sibi subiecta uisitare procurēt. ¶ Missas autem uel diuina officia in pontificalibus:non nisi capituli generalis siue regiminis licentia celebrent: præterq̄ si casus repentinus occurreret: ob infestationem dominorꝝ temporalium:ex quo scandalum sequerisimiliter posset:priusq̄ licētiam habere possent. ¶ Inhibemus etiam ipsis prælatis accessum ad curiam:nisi accedente consensu Patris Præsidentis & utriusq; uisitatoris suæ Prouinciæ. ¶ Prohibemus etiam eis executionem ultimarū uolūtatum: ut uidelicet neq; ipsi id exercere: neq; Monachos suos ad huiusmodi habilitare ualeant sine licētia Patris Pręsidentis:aut uisitatorꝝ:nisi in casu alicuius īminentis necessitatis. ¶ Damus etiam eis liberam potestatem regendi & gubernandi monasteria eis per capitulum generale uel regimē commissa:monachosq; ac cōmissos & nouitios: cæterosq; ad monasteria sibi credita spectantes tam in spiritualibus q̄ in temporalibus:secundum sanctissimi Patris nostri Benedicti regulam & constitutiones nostras. ¶ Audiendi etiam confessiones

ſæcularium ſcdm priuilegia noſtra. ¶ Eligendi ēt ſibi de congregatione noſtra confeſſores: q̄ eos abſoluāt: & ſalutarē eis pnīam iniungant. ¶ Aut ſi in itinere conſtituti fratrum noſtrorꝫ copiā non habuerint/confiteant̄/ut melius poſſunt. ¶ Authoritatem etiam audiendi confeſſiones omniū Prælatorum & fratrum noſtræ cōgregatiōis ad ſe uenientium. ¶ Alia etiā ſacramenta cōferēdi: uel alteri ſuo monacho p̄dicta cōmittēdi. ¶ Habeāt præterea authoritatem corrigendi exceſſus prędictorꝫ fratrū. Et p̄ qualitate delicti imponēdi eis pnīas/ac ſi eſſent p̄ prie ſibi ſubditi. ¶ Ipſi ēt fratres ſint prædictis Prælatis obedientes & ſubiecti in omnibus. ¶ Pręterea eis conferimus poteſtatem examinandi licentias fratrum noſtrorꝫ. Et quos reppererint non impleſſe conditiones ſuarꝫ licentiarum/uel aliter deprehēderint eſſe fugitiuos/gyrouagos/uel apoſtatas capi faciendi: & in cuſtodia retinēdi impetrato ēt ſi opus fuerit/auxilio brachii ſęcularis. ¶ Ibi ad notitiam ep̄i. ¶ Hodie ex indulto ap̄lico/tota noſtra congregatio/& monaſteria exempta ſunt ab omni ordinariorum iuriſditione: & immediate apoſtolicæ ſedi ſubiecta: quam ob rem nullo modo recurrēdum eſt ad p̄ræfatos ordinarios.

¶ Diuiſio. Regula.

ORdinatus autem Abbas cogitet ſemper quale

onus suscepit: & cui redditurus est rationem uilli cationis suę sciatq; sibi oportere prodesse magis q̃ præesse. Oportet ergo eum esse doctum in lege diuina: ut sciat: unde proferat noua & uetera: castum: sobrium: misericordem: & semper superexaltet misericordiam iudicio: ut idem ipse consequatur. O derit uitia: diligat fratres. In ipsa autem correptione prudenter agat: & nequid nimis. Nedum nimis eradere cupit eruginem frangatur uas. suamq; fragilitatem semper suspectus sit: memineritq; calamum quassatum non conterendum: in quibus non dicimus ut permittat nutriri uitia: sed prudenter & cum charitate ea amputet: prout uiderit cuiq; expedire: sicut iam diximus: & studeat plus amari q̃ timeri. Non sit turbulentus: & anxius: non sit nimis obstinatus: nõ sit zelotypus/& nimis suspitiosus: quia nunquã requiescet: In ipsis imperiis suis sit prouidus & cõsideratus: siue secundum deum / siue secundum sæculum sit. Opera/quæ iniungit/discernat & tẽperet: cogitans discretionem sancti Iacob dicentis. Si greges meos plus in ambulando fecero laborare/morientur cuncti uno die. Hęc ergo aliaq; testimonia discretionis matris uirtutum sumẽs sic omnia temperet: ut sit: quod & fortes cupiant & infirmi non refugiant. Et præcipue ut præsentem regulam in omnibus cõseruet: ut dum bene ministrauerit/audiat a domino: quod seruus bo-

nus: qui erogauit triticum cum seruis suis in tempore suo. Amen dico uobis/ait, super omnia bona sua constituet eum.

¶ De Præposito monasterii. Cap. lxv.

SAepius quidem contingit: ut per ordinationem Præpositi scandala grauia in monasterii s oriantur: dum sint: qui maligno spiritu superbiæ inflati: & æstimantes se secundos Abbates esse: assumentes sibi tyrannidem/scandala nutriunt: & dissensiones in congregatione faciunt: & maxime in illis locis: ubi ab eodem sacerdote: uel ab eisdem abbatibus: qui Abbatem ordinant: ab ipsis etiam & Præpositus ordinatur: quod q̃ sit absurdum/facile aduertit̃: quia ab ip̃o initio ordinationis materia ei datur superbiendi: dum ei suggeritur a cogitationibus suis/exutum eum esse a potestate Abbatis sui: quia ab ipsis est ordinatus/ a quibus & Abbas: hinc suscitantur inuidiæ/rixæ/detractiones/ęmulationes/dissensiones/& inordinationes. Et dum contraria sibi inuicem Abbas Præpositusq; sentiunt: & ipsorum necesse est sub hac dissensione animas periclitari: & ii qui sub ipsis sunt, dum adulantur partibus: eunt in perditionem: cuius periculi malum illos respicit in capite: qui talibus in ordinatione se fecerunt auctores.

De Prępoſito monaſterii.

¶ Diuiſio. Regula.

IDeo præuidemus expedire propter pacis charitatisq; cuſtodiam : in Abbatis pendere arbitrio ordinatiõem monaſterii ſui. Et ſi poteſt fieri: per Decanos ordinetur: ut antea diſpoſuimus: omnis utilitas mõaſterii: prout Abbas diſpoſuerit : ut dum pluribus committitur : unus non ſuperbiat. q; ſi aut locus expetit: aut congregatio petierit rationabiliter: cum humilitate : & Abbas iudicauerit expedire. Quemcunq; elegerit Abbas cum conſilio fratrum timentium deum: ordinet ipſe ſibi Prępoſitum : qui tamen Præpoſitus illa agat cum reuerentia: quæ ab Abbate ſuo ei iniuncta fuerint: nihil contra Abbatis uoluntatem aut ordinatiõem faciens: quia quantum prælatus eſt cæteris: tantũ eum oportet ſollicite obſeruare præcepta regulæ: qui Præpoſitus/ſi reptus fuerit uitioſus : aut elatione deceptus ſuperbię: aut cõtemptor ſanctæ regulæ fuerit cõprobatus: admoneatur uerbis uſq; quater. Si nõ emendauerit: adhibeat ei correptio diſciplinæ regularis : q; ſi neq; ſic correxerit: tunc deiiciatur de ordine Præpoſituræ: & alius: qui dignus eſt: in loco eius ſubrogetur. q; & ſi poſtea in congregatione quietus & obediens non fuerit: etiam de monaſterio expellatur. Cogitet tamen Abbas ſe de omnibus iudiciis ſuis Deo reddituꝰ rationem : ne ſorte inuidiæ aut zeli flamma urat animam.

I ¶ Declaratio.

Bi. Ordinationem monasterii sui. ¶ Sicut nobis est curæ/ne Prælati existant ꝑpetui: sed quolibet anno a sua Prælatione absoluant̃: ita diligenter intẽdimus: ne Præpositus monasterii: q ſcdm morem nostrum Prior Claustralis uocat̃: seniores q̃ ac cęteri officiales monasteriorum ꝑpetui uideãt̃ ¶ Idcirco statuimus: q̃ post absolutionem capl̃i generalis intra octo dies: postq̃ uenerit Prælatus ad monasteriũ sibi assignatũ. Cõuocatis oĩbus fratribus in capl̃o omnes habẽtes officiũ aliqd̃ uel administrationem in ipso monasterio effectualiter absoluat: ipsiq̃ in signum assensus ꝑdictæ absolutiõis inclinato capite reuerẽter assurgãt: accusantesq̃ se de excessib⁹ suis/in huiusmodi officiis cõmissis/ueniam ꝓstrati corã oĩbus postulẽt: claueſq̃ ad ipsa officia ꝑtinentes/si quas habẽt/ Prælato consignẽt: cæteraq̃ oĩa ut supra in cap. xxxiii si debent monachi ꝓprium aliqd habere: ac locũ ꝓfessionis teneant: nec ipsis officiis ulterius se intromittant: nisi Prælatus aliter disposuerit: & eorum curam ipsis interim cõmiserit. ¶ Oẽs ẽt: qui occasione alicuius officii in supiori erant loco cõstituti/ꝑ tres saltẽ dies loca suæ ꝓfessiõis teneãt. ¶ Prælatus uero/q̃ ad generale capl̃m nõ accesserit: si cõfirmatus in eodẽ loco fuerit: idiꝑm faciat intra octo dies: postq̃ de ipsa confirmatione certior factus fuerit, ¶ Itaq̃ nutu prælati: iuxra te-

norem regulæ Prępositus cæteriq; officiales insti
tuant̃:& inde rursus amoueant̃:cum consilio ta-
men seniorum suorum. ¶ In noua aũt officialiũ
uel depositione/uel publicatione. Prælatus legat
in conuentu ordinationes & admonitiões factas
in capitulo generali:quæ ter in anno legẽdæ sunt
ne quis de ignorãtia se excuset:cũ uidelicet Pręla
tus redierit a capl'p:circa festum omnium sancto-
rum:& circa quadragesimam. ¶ Cõstituimus etiã
ut casu/quo Prælatus moreret̃:aut ad capl'm ge-
nerale proficisceret̃:omnis eius in spiritualibus
auctoriras remaneat penes Priorem : siue eũ:qui
ipsius esset uice Prælati. ¶ Quæ auctoritas pma-
neat:donec ad monasterium ueniat nouus Præ-
latus:uel pristinus reuertat̃:etiam si Prælati loco
relictus alteri monasterio interea fuisset assigna-
tus. ¶ Volumus autem q̃ in ipso tempore id ob-
seruet̃:quod Prælatus constituerit/ anteq̃ more-
ret̃:uel iret ad capitulum. ¶ Similiter/si cõtigerit
Prælatum non ire ad capl'm/cessante causa mani
festæ infirmitatis:aut aliqua legitima causa /iudi-
cio patris Præsidentis aut uisitatoꝝ approbanda
ipso facto ut cæteri Prælati in capl'o fuerint abso-
luti:ipse quoq; absolutus intelligat̃: & in priorẽ
claustralẽ in hoc casu omnis tam in spũalibus q̃ in
tpalibus transfert̃ potestas:usq; ad nouam prouí-
sionem monasterii. ¶ Secus autem/si cum licen-
tia p̃fatorum/aut iusto infirmitatis impedimento

remanserit. Tunc enim continuatam ei omnem potestatem usq; ad nouum Prælatum: uel suā cōfirmationem declaramus. ¶ In supradictis casib⁹ cellerarii & alii fratres/qui temporalia curāt/interim recurrant ad p̄dictum loco Prælati cōstitutū, ipsiq; pareant: & eius consilio oia faciant. ¶ Sed præter casus prædictos/in loco sui remanentibus Prælati declarēt/quā authoritatem relinquāt/dū abesse contingat/tam circa casus reseruatos/q̄ circa reliqua occurrentia. ¶ Caueant autem diligenter Priores Claustrales: ne Prelatis suis absentib⁹ estimātes se secūdos Abbates esse/fratribusq; gratificari cupiētes: nouitates facere: & p̄ter ordinationum tenorem/seu rationabilem cōsuetudinē dispensare uel recreationes concedere ullo pacto de cætero præsumant: si secus fecerint/præter alias pœnas/periculum quoq; depositionis subituri ¶ Quapropter ordinamus/ ne amodo in eo monasterio: in quo quis Prior fuerit/possit in Prælatum deputari: ēt si ad gradū p̄lationis alias fuerit habilitatus: qui si p̄mouendus fuerit: in alio monasterio promoueatur.

¶ De Hostiario monasterii. Cap̄. lxvi.

AD portam monasterii ponat' senex sapiens: qui sciat accipere responsum & reddere: cuius maturitas eum non sinat uagari. Qui portarius cellam

debet habere iuxta portam: ut uenientes semper præsentem inueniant: a quo responsum accipiāt. Et mox ut aliquis pulsauerit: aut pauper clamauerit: Deo gratias/respondeat: aut benedicat. Et cū omni mansuetudine timoris Dei reddat responsum festinanter cum feruore charitatis. Qui portarius si indiget solatio: iuniorem fratrē accipiat. Monasterium autem: si possit fieri: ita debet constitui: ut omnia necessaria: id est/aqua/molendinum/ortus/Pistrinum/uel artes diuersæ intra monasterium exerceantur: ut non sit necessitas monachis uagandi foras: quia omnino non expedit animab⁹ eorum. Hanc autem regulam sæpius uolumus in congregatione legi: ne quis fratrum de ignorantia se excuset.

¶Declaratio.

IBi. Senex. ¶Non tam ætate q̄ moribus. ¶Ibi. Vagandi foras. ¶Ideo uolumus negocia monasteriorum temporalia potius per sæculares aut cōmissos: q̄ per mōachos tractari. ¶Presertim hoc statuimus: in emptione rerum monasterii necessariarum seruari sicut supra in capitulo. xxxi. de cellerario monasterii dictum est. ¶Ibi. Monasterium: si fieri potest ita debet construi &c. ¶Quia sæpe ex multa auiditate ædificandi magnæ iacturæ monasteriis inferuntur: & plerunq; ipsa ædi-

ficia: regulariter uiuentibus: minus congrua construuntur: dum pro libito quisq; ædificare satagit: iccirco ordinamus & cōstituimus: ut ædificia monasteriorum: non faciliter aut præcipitanter per Prælatos nostrę congregationis aut construant: aut destruant. ¶ In ipsis igit ædificiis: si res extiterit parui sumptus: & modicæ nouitatis: fiat per Prelatos. ¶ Si uero aliqtulū maioris sumpt⁹ & nouitatis: faciant consensu seniorꝭ suorꝭ. ¶ Quod si ædificia ipsa grādis sumptus essent: aut notabilis nouitatis: non fiant sine consensu prædictorꝭ Prelatorum & seniorum: addita etiam licentia seu cōsensu regiminis: aut saltem unius ex uisitatoribus eiusdem monasterii. ¶ Et hæc ipsa notabilitas cōsideretur secundum cōditiones monasteriorum: habito respectu ad expensas: seu nouitates: siue aliam rem nota dignam. Quia sępe continget paruam rem: puta scalam: hostium & huiusmodi maioris esse nouitatis q̄ fabricā unius cameræ. ¶ Si autem contigerit fabricam aliquam notabilem fieri debere in monasterio: ubi Prælatus fuerit Præsidens: aut uisitator: aduocetur alter uisitator: qui si accedere non posset: aduocentur duo patres uiciniores. ¶ Cū uero euenerit uisitatorem discordare a sensu Patris monasterii & deputatorū: aut aliter simul concordare non posse: tunc differatur ad capitulum: aut recurratur ad regimen: & audita sentētia uisitatorum: aut duorum patrum

uicinorum: nec non prælati & seniorum stetur iudicio maioris partis eorum. ¶ Et prædicta intelligantur non solum de actu fabricādi: sed etiam de modo: qualiter scilicet fabricari debeat. ¶ Vnde in omnibus congregationis nostræ monasteriis: si iuxta prædictum ordinem fabricari contigerit prius designa fiant. Quibus diligenter considera tis postea fiant Modelli arbitrio tamen Præsiden tis & uisitatorum: adiunctis aliis duobus Prælatis. ¶ Nullus uero Prælatorum audeat mutare ipsos modellos: aut fabricas per alios inceptas: nisi capituli generalis uel saltem uisitatorum: addito etiam peritorum consilio. ¶ In quibus quidē ædificiis ubiq; uitetur Tarsia: præterquam in ecclesiis rebusq; ecclesiasticis. ¶ Preterea ordinamus & in uirtute sanctæ obedientiæ precipimus: nequis cōgregatiōis nostræ Prælatus: Rector: aut Cellerarius: propter huiusmodi ædificia cōstruenda: monasteria debitis grauent: neq; ultra monasterii sui possibilitatem: hoc est: annuum prouentum: pecuniis alienis: sine patris Præsidentis: aut duorū uisitatorum ad minus licentia: quæ non est concedenda: nisi casu necessitatis: fabricare uel emere bona immobilia audeat. ¶ Constitutioni huic nostræ siquis contrafacere ausus fuerit: pœnę priuationis dignitatis: regiminis & officii in proximo futuro capitulo subiacebit. ¶ Cellerarii uero sine expressa Prælati licentia: nihil penitus fabri-

care præſumant. ¶ Ibi. Hanc regulam. ¶ Legatur ſingulis diebꝰ lectio de regula in capitulo poſt pretioſa: præterquam in Dominicis & feſtis, ut ſupra in capitulo decimooctauo. Quot pſalmi &c.

¶ De Fratribus in uia directis. Capꝯ. lxvii.

DIrigendi fratres in uia omnium fratrum uel Abbatis orationi ſe commendent: & ſemper ad orationem ultimam operis Dei commemoratio omnium abſentium fiat: reuertẽtes autem de uia fratres ipſo die: quo redeunt: per omnes canonicas horas: dum expletur opus Dei: proſtrati ſolo oratorii ab omnibus petant oratiõem propter exceſſus: nequid forte ſurripuerit in uia uiſus: aut auditus malæ rei: aut ocioſi ſermonis. Nec præſumat quiſq̃ aliis referre: quæcũq; foris monaſterium uiderit aut audierit: quia plurima deſtructio eſt: qđ ſiquis præſumpſerit uindictæ regulari ſubiaceat. Similiter & qui præſumpſerit clauſtra monaſterii egredi: uel quocunq; ire: uel quippiam quamuis paruum: ſine Abbatis iuſſione facere.

¶ Declaratio.

IBi. Ad orationem ultimam. ¶ Ob hoc addimus in fine orationis: quam dicimus in memoriam

beatæ Mariæ Virginis: quæ eſt ultima oratio. Et famulos tuos ab omni aduerſitate cuſtodi. ¶ Ibi Per omnes horas. ¶ Intelligimus de horis ſequẽtibus eorum aduẽtum: & cum uenerint ex longo itinere & diu: puta per menſem/ & ultra ſteterint extra monaſterium. ¶ Cum uero ultra tres dies: & minus q̃ per mẽſem extra dioceſim fuerint morati: ſufficiat petere orationem in una horarum canonicarum illius diei. ¶ Q d ſi poſt completorium uenerint: quia amplius nullæ ſunt horæ illius diei: petant hanc orationem a Prælato. ¶ Ibi Referre. ¶ Hanc partem regulę ſtudeant patres obſeruari facere: & tranſgreſſores grauiter punire quia plurima deſtructio eſt. ¶ Quapropter/ ſiqs in hoc notabiliter exceſſerit: dicat ſuam culpam in capitulo: & comedat in terra in pane & aqua arbitrio Prælati/ totiens quotiens contrauenerit. ¶ Ibi ſine iuſſione Abbatis. ¶ Hæc iuſſio accipitur aliquando pro licentia. ¶ Ideoq; noſtra antiqua conſuetudine/ nemo fratrum congregationis noſtræ/ ſine iuſſione uel licentia Abbatis/ uel eius/ qui ipſo abſente eius uices gerit/ monaſterium egredi permittitur. ¶ Habita uero licentia/ genibus flexis benedictionem petit: propter periculum tam animæ q̃ corporis: quod etiam ſtrictius ſeruari mandamus: & tranſgreſſores: ſicut in grauibus culpis puniri: pariterque poſtea reuertendo/ ſimilem benedictionem petat.

Quia

quia ſicut piſcis extra aquam : ita monachus extra monaſterium. ¶ Et ꝗ nullus fratrum poſſit accedere ad Præſidentem ſeu uiſitatores exiſtentes in alio monaſterio: niſi habita licentia a Prela to ſuo: ſiue ab ipſis uiſitatoribus & Præſidente. ¶ Siquis autem frater mutatus: habuerit ſindicatum aut procuratoriam in perſonam ſuã a monaſterio: a quo recedit: penitus interdicimus : ut nõ præſumat amplius eo uti: arbitrio capituli generalis uel regiminis : ſi aliter præſumpſerit : puniendus. ¶ Et ad cautelam hortamur patres monaſteriorum : ut in talium mutatione: reuocentur huiuſmodi ſindicatus. ¶ Statuimus etiam/ꝗ licentia eundi ad affines uel conſanguineos uiſitandos: uel ad alia loca recreatiõis cauſa ultra unius diei iter a monaſterio: in quo frater petens licentiam deputatus fuerit: a nemine poſſit concedi: præterquam a capitulo generali. ¶ Si uero intra annum neceſſitas accideret: tunc Pater Præſidens : uel primus uiſitator illius Prouinciæ in qua non fuerit Pater Præſidens: poſſit prædictã licentiam cõcedere: hoc tamen addito: ꝗ cum ad beneficium dictorum cõſanguineorum ire petierint: de cætero illorum expenſis & ſumptibus uadant: ne monaſteria noſtra grauentur. ¶ Euntes autem fratres ultra unius diei iter: portent ſecum lras teſtimoniales Prælati ſui. ¶ Curantes quoꝗ iuxta regulam omne periculum proprietatis ex-

tirpare/uolumus: ꝙ fratres mutati: cum primũ ad loca mutationis ſuæ peruenerint: pecuniam reſq; omnes ſuperiori conſignent intra triduum: aliter in pane & aqua ieiunent. Quam pœnitẽtiam totiens iterent: quot diebus id facere diſtulerint. ¶ Quod ſi quæ pecuniæ ex gratia ob aliquam neceſſitatem concederentur: intra unius menſis ſpatium illas expendant: aliter monaſterio applicentur. ¶ Et quoniam ex uagatione monachorum multa oriuntur ſcandala: ordinamus: ut fratres noſtri mutati/recta uia proficiſcantur: nullibi declinantes: et notent ſeriatim omnes expenſas: quas in itinere fecerint. ¶ Quod ſi pecuniam p ueſtibus accæptam præter neceſſarias itineris expenſas: in aliis ſuperfluis ſine licentia Prælati ſui expenderint: ut in eo in quo deliquerint/punian tur: non teneatur Prælatus eis cõcedere ipſas ueſtes. Et ad euitandas fraudes ſcriptum habeant a ſuperiore monaſterii unde receſſerint: continens omnia: quæ ſecum deferunt tam in pecunia q̃ etiam in libris: quos tãtum tres eſſe uolumus: & ueſtibus & cæteris omnibus: Et qui contrafecerit ieiunet in pane & aqua: & nihilominus ſupradicta facere teneat. ¶ Nec poſſit monachus mutuo accipere pecunias ab aliis monaſteriis: niſi de licentia ſui Prælati: aut cellerarii. Quæ licẽtia det in ſcriptis: & remaneat apud monaſterium: quod mutuo dedit. ¶ Quod ſi contrafactum fuerit: nõ

possit monasterium illas repetere: nec audiat a iudicibus: nisi litteras: aut apodixam huiusmodi: in fidem rite mutuatæ pecuniæ ostenderit. ¶ Ad cõseruandam aũt famã congregationis/ordinamus: ꝙ nullus fratrum/præter Prælatos & cellerarios: præsumat accedere Venetias sine licẽtia Prælati sui: & suorꝫ deputatorꝫ & uniꝰ uisitatoris/neqꝫ soli sed cum socio oĩno incedant. Et siquis cõtrafecerit comedat in pane & aqua in terra in refectorio: ꝑ qualibet uice: nec a quoq̃ dispensari possit.

¶ Si Fratri impossibilia iniungant. Capĩ. lxviii.

SI cui fratri aliqua forte grauia: aut impossibilia iniunguntur: suscipiat quidem iubentis imperium: cum omni mãsuetudine & obedientia: ꝙ si oĩno uirium suarum mensuram uiderit pondus excedere: impossibilitatis suæ causas ei: qui sibi præest: patienter & opportune suggerat: nõ superbiẽdo: aut resistendo: uel cõtradicendo: ꝙ si post suggestionẽ suã: in sua sententia Prioris imperium perdurauerit: sciat iunior ita sibi expedire: & ex charitate confidens: de adiutorio Dei obediat.

Vt in mõasterio nõ ꝑsumat alter alterꝫ defendeř. Capĩ. lxix.

SVmmopere præcauendũ est: ne quauis occasione: præsumat alius alium defendere monachum

V t non ꝑſumat q̃ſq̃ aliquẽ paſſim &c.
in monaſterio/aut quaſi tueri: etiã ſi qualibet con ſanguinitatis ꝓpinquitate iungat̃. Nec quolibet modo id a monachis ꝑſumat̃: qa exinde grauiſſima occaſio ſcandalorꝫ oriri poteſt q̃ ſiqs hęc trãſgreſſus fuerit acrius coherceatur.

¶ Vt non præſumat quiſquam aliquem paſſim cędere/aut excommunicare. c. LXX.

V itet̃ in monaſterio omnis præſumptionis occaſio. ¶ Ordinamus atqꝫ conſtituimus: ut nulli liceat quenq̃ fratrum ſuorum excõicare aut cædere: niſi cui poteſtas ab Abbate data fuerit: peccantes autem coram omnibus arguant̃: ut cæteri metũ habeant: infantibus uero uſqꝫ ad quintum decimum annum ætatis / diſciplinæ diligentia adhibeat̃: & cuſtodia ſit ab omnibus: ſed & hoc cum omni menſura & ratione. Nam in fortiori ætate/ qui præſumpſerit aliquatenus ſine præcepto Abbatis: uel in ipſis infantibus ſine diſcretiõe exarſerit/diſciplinæ regulari ſubiaceat: qa ſcriptum eſt. quod tibi non uis fieri: alii ne feceris.

¶ Declaratio.

I Bi. Cædere. ¶ Sed nec etiam ꝓclamare/aut increpare ſiue corripere tam profeſſum/ q̃ nouitium: ſeu commiſſum: nec alio q̃ proprio nomine appel

lare uel

lare: uel aliter indecẽter & deriſorie noiare. ¶ Si/
quis contrafecerit: teneatur dicere ſuam culpã in
capitulo grauiter pro exceſſus qualitate puniẽdus
¶ Sed ſiquis aliquid correctione dignũ in aliquo
cognouerit: ſtudeat Prælato: aut Senioribus inti
mare: ad quos huiuſmodi correctiões ſpectare de
cernimus. ¶ Poſſit tamen frater fratrẽ delinquẽ/
tem charitatiue: humanis uerbis: & cum humilita
te admonere. ¶ Et ut pax: & charitas inter fratres
illibata ſeruetur: & cunctis tranſgrediẽdi materia
pręcidatur: ordinamus: ꝙ ſiquis ex fratribus no/
ſtris ſuadẽte diabolo: auſus fuerit in aliquẽ uti uer
bis comminatoriis/turpibus: aut iniurioſis: dicat
ſuam culpã in capitulo: comedat in pane & aqua
in terra in refectorio: cũ zona ad collũ. ¶ Quod
ſi in perſonam ſuperiorem deliquerit: ultra dictas
pœnas: diebus octo maneat degradatus: ſi in præ
latum quindecim. ¶ Siquis uero ſuperiorũ infra
Prælatum: modo quo ſupra in fratrem deliquerit
ieiunet ſemel pane & aqua in refectorio comedẽs
in terra cum zona ad collum. ¶ Siquis uero ali/
quem fratrem percuſſerit: præterq̃ ꝙ eſt ipſo iure
excommunicatus & a ſolo Prælato abſoluendus
ilico etiam carcerali cuſtodiæ mancipetur arbitrio
Prælati & Viſitatorum: etiam extra uiſitatio/
nis tempus pro circunſtantiis & qualitate caſus
extrahendus.

uido. c. vi. in ordinatione. §. v.

¶ Vt obedientes ſint inuicem fratres. Capᵗ. lxxi.

OBedientiæ bonum non ſolum Abbati exhibẽdum eſt ab omnibus: ſed etiam ſibi inuicẽ ita obediant fratres ſcientes ſe per hanc obedientiæ uiam ituros ad Deum: Præmiſſo ergo Abbatis aut præpoſitorum: qui ab eo conſtituuntur: imperio: cui non permittimus priuata imperia præponi: De cætero omnes iuniores Prioribus ſuis omni charitate & ſollicitudine obediant: quod ſiquis contentioſus reperitur corripiatur. Siquis autem frater pro quauis minima cauſa ab Abbate: uel a quocunq; priore ſuo corripitur quolibet modo: uel ſi leuiter ſenſerit animum prioris cuiuſcunque contra ſe iratum uel commotum: quamuis modice: mox ſine mora tam diu proſtratus in terra ante pedes eius iaceat ſatiſfaciens: uſq; dum benedictione ſanetur illa commotio. Quod qui contempſerit facere: aut corporali uindictæ ſubiaceat: aut ſi contumax fuerit: de monaſterio expellatur.

¶ Declaratio.

IBi. Vel ſi leuiter ſenſerit animum prioris iratũ uel cõmotum. ¶ Hanc iram uel commotionem maxime ex iniuſta cauſa: quantum fieri poteſt ſuperiores euitent: qui tamen ſi cõmouebuntur: & ut regula præcipit eorum inferiores proſtrati ſatiſfece-

rint benignissime ignoscant: ac eis benedicant: sicut regula dicit. ¶ Si tamen eorum excessus pœnitentiam merebit: nullus eam: nisi Prælatus: aut aliquis superiorum: ad quos spectat iniungere pœnitentias: imponat.

¶ De zelo bono: quem debēt habere Monachi. Capī. lxxii.

SIcut ē zelus amaritudinis malus: q̃ separat a Deo: & ducit ad infernum: ita est et zelus bonus: qui separat a uitiis: & ducit ad deum & ad uitam æternā Hunc ergo zelum feruentissimo amore exerceant monachi: id est: ut honore se inuicem prẹueniant: Infirmitates suas siue corporum: siue morum patientissime tolerent: obedientiam sibi certatim impendant. Nullus quod sibi utile iudicat sequatur: sed quod magis alii claritatem fraternitatis casto impendant amore. Deum timeant. Abbatem suū sincera & humili charitate diligant. Christo omnino nihil præponāt: qui nos pariter ad uitam æternam perducat.

¶ De eo q̃ omnis obseruatio iustitiæ in hac sit regula constituta. Capī. lxxiii.

REgulam autem hanc descripsimus: ut eam obseruātes in monasteriis aliquatenus uel honestatem

¶ De eo q̃ omnis obſeruatio iuſtitiæ &c.

morum: aut initium conuerſationis nos demon-
ſtremus habere cæterum ad perfectionem cõuer-
ſationis qui feſtinant: ſunt doctrinæ ſanctorum
patrum. Quarum obſeruatio perducit hominem
ad celſitudinem perfectionis: quæ enim pagina:
aut quis ſermo diuinæ auctoritatis ueteris: ac no
ui teſtamenti non eſt rectiſſima norma uitæ hu-
manæ? Aut quis liber ſanctorum catholicorum
Patrum hoc non reſonat ut recto curſu peruenia-
mus ad creatorem noſtrum? Nec nos etiam colla
tiones patrum & inſtituta & uita eorum: Sed & re
gula ſancti Patris noſtri Baſilii quid aliud ſunt: ni
ſi bene uiuentium & obedientium monachorum
exempla & inſtrumenta uirtutum. Nobis autem
deſidioſis: & male uiuentibus atq; negligentibus
rubor confuſionis eſt. Quiſq; ergo ad patriã cœle
ſtem feſtinas: hanc minimam inchoationis regu-
lam deſcriptã: adiuuante Chriſto perfice: & tunc
demum admaiora quæ ſupra commemorauimus
doctrinæ uirtutumq; culmina Deo protegẽte per
uenies. Facientibus hæc regna patebunt ſuperna.

¶ Declaratio.

QVia tã ſanctiſſimus Pater noſter Bẽdictus hãc
regulã ſcribendo: q̃ etiam nos locis congruis et
opportunis declarando nihil aliud: q̃ morũ emen-
dationem & religioſæ uitæ ſanctimoniã: atq; eam

animæ

animæ puritatem & innocentiam monachis: dum in hac peregrinatione uerſantur: perſuadere intendimus: qua poſtq̃ ab huius exilii erũnis abſoluti fuerint: mox ſine purgatorii pœnis: quantum poſſibile eſt: ad authorem ſuum læti reuertãtur. Quia tamen humana fragilitate obſtante: nõ ſemper aſſequimur: quod intẽdimus: & qa in multis offendimus omnes: et ſepties in die cadit iuſtus: æquum & pium eſt: ut curam & ſedulitatem: quam uiuentibus: ut proficerent: exhibuimus: uita quoq; functis: ut q̃ citius purgentur: exhibeamus. Et ſi quas: a p̃dicti beati pr̃is: & noſtris paternis monitis deuiãdo maculas contraxerũt: huiusmodi piis & fraternis ſuffragiis expiati: ad fœlicem illam requiem & authoris ſui beatiſſimam uiſionem ocyus: trãſferantur. Cum itaq; aliquis monachus: cõmiſſus: uel nouitius peracto curſu huius labilis & erumnoſę uitæ ſpiritum domino creatori ſuo reddiderit: ut charitas uiuenti exhibita etiam defuncto ſeruetur: uolumus: ut in loco: ubi frater in domino requiuerit: uel ſepulturæ traditus fuerit: officium totum perſoluatur ſecundum rubricam romanæ curiæ in die funeris: celebretur etiam miſſa ſolemniter: ſi fieri poteſt: & tempus permiſerit: alias ſequenti die: die quoq; ſeptimo & trigeſimo: & anniuerſario depoſitiõis ſemel

tm̃ miſſa cōuentualiter cantet cū Rñ. Libera me dñe. cū uerſibus ſuis et orone ſicut moris eſt. Pr̃ uero monaſterii ipſius in quo defunctus ē frater: ſcribat cæteris patribus Cōgregatiōis notificādo diē dormitiōis ī dño: & nomē frīs defuncti oīno: nec p̃termittat ex negligētia prout nōnulli faciūt in detrimētū aīæ ſuę & ꝓximi defuncti. Qui pr̃es habita notitia: fratribus denūciēt arctius eis aīam fratris ipſius defuncti cōmendando: Et q̃ primū fieri poterit ſinguli in ſuis monaſteriis conuentualiter celebrari faciāt miſſam ꝓ defuncto fratre aut pluribus: ſicut nūciatum eis fuerit. ¶ Et qa olim ſacerdotes triginta miſſas pro quolibet defuncto fratre dicere tenebātur: quia nunc Deo propitio tantum creuit Congregatio noſtra: & conſequenter quolibet anno numerus defunctorum: ad tollendum ſcrupulum de mentibus fratrum declarātes ordinamus: ut ſinguli ſacerdotes ī triginta miſſis ad participationem tantum: huiuſmodi defunctos admittant: memoriamq̃ faciant expreſſe, uel ſecrete ubi ſolēnitas dici non pateretur huiuſmodi commemorationem fieri. Cęteri autem Monachi & Commiſſi in ſuis officiis mortuorum uſq̃ ad trigintā dies idem faciant. In monaſterio tamē in quo aliquis requieuerit frater dicantur triginta miſſæ pro animæ eius remedio: quarum diſtribuendarum cura ſit ſacriſtæ eiuſdem monaſterii.

¶ Et quia poſt p̃cum emiſſionẽ ad extinguendos purgatorii cruciatus multum confert elemoſina: ordinamus q̃ in mõaſterio in quo frater deceſſit: ponant̃ quotidie in loco: ubi ſedere ſolit⁹ erat ad menſam in refectorio: oẽs cibi & uinum: ſicut ſin gulis fratribus dat̃: ac ſi uiueret: quę poſtmodum dent̃ in elemoſina alicui pauperi uel pluribus p̃ aĩa ipſius defuncti: aut tantũdẽ: ſicut ſupior ordinauerit uſq̃ ad. xxx. dies: Nulluſq̃ ſedeat in loco illo: ſed uacuo remanente apponat̃ Crux parua lignea ſup mẽſam iuxta locũ uacuũ in memoriã fratris defuncti: ut fratres memoria mortis cõpuncti & pro fratre feruentius orent: & ad p̃fectius uiuẽdum excitent̃. ¶ Ordinamus inſup: q̃ ſingulis annis imponant̃. xxx. miſſę pro quolibet monaſteriorum noſtrorꝫ in ſolutione capituli generalis p̃ habentibus lr̃as gratioſas: qui illo forte anno deceſſerint: Quas q̃dem miſſas pro unoquoq̃ monaſteriorꝫ noſtrorꝫ ſufficere uolum⁹ ad debiti nr̃i & dictarũ litterarꝫ gratioſarum ſatiſfactionẽ. ¶ Charitatis ẽt affectũ erga fratres cõgregationis nr̃ę exercere uolẽtes: uniuerſos parẽtes: fratres & ſorores fratrũ noſtrorꝫ p̃ſentiũ & futurorꝫ ad participationem omnium bonorũ: quę in noſtra fiunt & fient Congregatione: ſicut fit illis: quibus litterę gratioſæ conceduntur admittimus: prohibentes nequis de cętero pro prędictis litteras gratioſas requirat.

De eo q̃ oĩs obſeruatio iuſtitiæ &c.

¶ Et ſciẽdũ q̃ ſanctiſſimus Dominus noſter Leo Decimus cõceſſit: q̃ omnes ſacerdotes congregationis noſtræ: qui ſuper altare ſanctiſſimi Patris noſtri Benedicti in monaſterio Caſinenſi: uel ſuper altare ſanctæ Iuſtinæ in monaſterio ſuo paduano: celebrauerint tres miſſas pro anima cuiuſq̃ fratris defuncti: ſiue patris: matris: fratris uel ſororis alicuius ipſorum fratrum: impetrabunt & obtinebunt illis plenam remiſſionem omnium pœnarum eis in purgatorio debitarum: Et hæc gratia durat in perpetuum: quæ data fuit ut ſupra uiuæ uocis oraculo: & quantum ſe plenitudo Apoſtolicæ poteſtatis extendit. Quam gratiã poſtea idem ſummus Pontifex ad affines noſtros: & ad omnes benefactores cõgregationis deuotos & beniuolos prorogauit. ¶ Idem quoq̃ ſummus Pontifex conceſſit: ut quiſquis ex monachis dictę congregationis in altari ſancti Seuerini de Neapoli: uel in altari: quod dedicatum eſt ſanctiſſimo patri noſtro Benedicto in monaſterio ſancti Saluatoris Papiẽſis: unam miſſam pro defuncto monacho: uel commiſſo: uel oblato: & pro affine monachorum dictæ congregationis uſq̃ ad ſecundũ gradũ incluſiue celebrauerit liberationẽ illius aiæ a purgatorio ꝑ qua miſſa celebrata fuerit: cõſequi mereatur: in omnibus & per omnia: perinde ac ſi

in altaribus ſanctorum Georgii: uel Sebaſtiani: quæ ſunt Romæ celebraſſet: omniaque illa feciſſet: quæ ad liberationem huiuſmodi eſſent opportuna. Et hoc uiuæ uocis oraculo.

Deo Gratias.

Florentiæ Anno Dñi. M. D. XX.

PARS PRIMA

Constitutionum Congregationis Casinēsis alias Sancte Iustine pro directiōe regiminis 7 regularis obseruantie dicte congregationis.

✠

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI. AMEN.

¶ De capitulo generali celebrando & eius tẽpore. Capitulum primum.

Ntiquoꝝ Patrũ ſectantes ueſtigia: &
a auctoritate apoſtolica mũiti: ut uigor
obſeruantiæ regularis: fraternaq; cha
ritas: & diuturna ac cõſtans inter nos
perſeueret in chriſti ſeruitute concordia: Ordina
mus capitulum noſtrũ generale celebrari debere:
per patres & fratres monaſterioꝝ congregationis
noſtrę: modo quo in inferioribus terminabitur. &
hoc ſingulis quidem annis Dominica tertia: ideſt
uigeſima prima die poſt reſurrectionẽ domini no
ſtri ieſu chriſti. ¶ Itaq; ad capitulum uenire debẽ
tes taliter ſe prẽparent tempore opportuno: ut ſta
tuta die eſſe poſſint in loco ubi Capitulum ipſum
fuerit celebrandum.

¶ De debentibus uenire ad capitulum generale. Cap̃. ii.

QVoniam ubi nimia eſt multitudo: ibi plerũque
ſolet eſſe confuſio & difficultas ueritatis habẽdę:
iccirco ordinamus quod infraſcripti ſolum ad Ca
pitulum generale uenire teneantur, uidelicet. Pa

De debentibus uenire ad capitulũ gñale.

ter Præsidens: cæteriq; uisitatores quantũcunq; a capituli loco distent. Veniant & omnes Prelati & alii rectores quouis nomine censeantur: si tamẽ in aliquo monasterio congregationis nostræ principalem administrationẽ etiã sine titulo habuerint. Veniat preterea unus idoneus monachus electus nomine ipsius cõuentus ex quolibet monasterio. Hoc tamen attento quod si contigerit in aliquo monasterio pauciores eẽ q̃ sex monachos clericos professos nõ computato Prælato: nec Monachus nec Prælatus uenire præsumat: nisi ex urgẽtissima causa: & hoc quidem de licentia patris Præsidẽtis & duoꝝ uisitatorum illius prouinciæ: quorum iudicio hoc relinquimus. ℭ Quod si suprascripta aut alia quacunq; legitima causa cõtinget: nec Prelatos uenire: nec conuentus fratres conuentuales mittere: tunc ipsi Prælati & conuentus teneantur mittere litteras tam bonum congregationis: q̃ sui monasterii concernentes per unum ex fratribus: aut alium fidelem nuncium de cõmuni consensu Prælatoꝝ & maioris partis conuentuum electum per Prælatum seu conuentualem propinquioris monasterii si maluerint. ℭ Liceat præterea Prælatis ad capitulum infirmitate seu alia cã quæ p Præsidentem cum uno uisitatore uel per duos uisitatores illius prouinciæ fuerit legitima iudicata uenire non ualentibus: eo anno quo nõ uenerint mittere unum ex monachis ipsoꝝ noĩe: cum litteris tamen

de hoc fidem facientibus. ¶ Ex gratia etiam con-
ceditur caueo si: Cauæ: Neapolis: Caietę: Auersæ:
Ragusiiq; Prælatis: ut alternatim & altero quoq;
anno liceat eis si maluerint propter distantiam lo-
corum: non uenire ad Capitulum: quod si uenire
uoluerint non impediantur. ¶ Prælati uero Sicu-
li ueniant aut non ueniant: pro ut per diffinitores
anni præteriti deliberatum fuerit. Et prælatis ipsis
qui ex causa legitima: ut supra ad Capitulum non
uenerint: intelligi uolumus oẽm authoritatem cõ
tinuatam esse & continuari in spiritualibus & tem
poralibus: quam prius habebãt: locumq; solitum
tenere usq; ad dispositionem prælati nouiter insti-
tuendi. ¶ Si uero ut præfertur non habito iudicio
patris præsidentis & unius uisitatoris uel duorum
saltem uisitatorum: aut euidentis infirmitatis legi
timo impedimento cessante ad Capitulum nõ ue-
nerint: ipso facto die qua omnes Prælatos absolui
solitum ẽ: authoritate: loco: regimine: & cura quę
Prælati tenebãt se priuatos nouerint pariter et ab
solutos: et cura tam in spiritualibus q̃ in tempora-
libus ad Priorem & in eius absentia ad immediate
superiorem deuoluatur. ¶ Declaramus tamẽ Præ
latos solũ titulum habentes post absolutionẽ alio
rũ p̃latorq; tenere debere locũ professionis suæ.
¶ Et ut tpe capituli gn̄alis de his quę p uisitatores
in suis uisitatiõibus repta fuerint: clarior ueriorq;

¶Habeat informatio. Statuimus & ordinamus quod si quis uisitator aliquo impedimento legitimo interueniẽte: ad capitulũ nõ uenerit: p lras significare teneat ea quæ & grauia & digna relatu uidebunt: & ipse iudicauerit expedire: sup quibus oneramus conscientiã. ¶Ordinamus insup qd tã supradicti plati: q quicunq; alii monachi nræ congregationis: quocũq; officio fungant aut dignitate pemineãt: quãtũcũq; a capituli loco distent si a regimine: seu a uisitatoribus req siti fuerint: ad psatũ generale capitulũ uenire teneant. ¶ Præter supradictos ãt nõ psumãt fres nri cuiuscũq; gradus seu cõditiõis existant: uenire ad capitulũ gnale seu ad loca circũuicina: nisi habita prius a diffinitoribus licẽtia: quod si cõtrafecerint: nõ audiant a diffinitoribus: & ieiunẽt ter in pane & aqua in refectorio: & si fuerint supiores: eo ipso saltẽ p integrũ annũ absq; alia declaratione intelligant esse depositi: nisi forte prælatus pro sui obsequio unum tantum ex fratribus uel Monachum uel cõmissum excepto casu mãifestę ifirmitatis adducere uoluerit.

¶Quando & qũo fieri debeat electio conuentualis ad Capitulum generale dirigendi. Cap.iii.

E Lectio fratris conuentualis mittendi ad capitulũ generale in quolibet monasterio nræ cõgregatio-

nis:celebret per quatuor dies ad minus & octo ad plus ante recessum suū:qui quidē recessus cōputari debet habita cōsideratione distantię monasterii a loco capituli. ¶ Itaq; eo die quo fieri dbet huiusmodi electio:p̄latus post primā cōuocet fratres ꝓfessos in capitulo:& legat eis hoc capl'm exhorteturq; eos ut intersint oēs missæ cōuentuali:q̄ missa cātet de spū sancto:nisi dies ille habuerit ꝓpriā missam:quo casu fiat cōmemoratio de spū sctō: tā pro ipso fratre eligendo:q̄ pro capl'o generali celebrando. Et ut oīa rite & cū pace procedant: p̄latū huiusmodi electioni oīno uolumus itereſſe. ¶ Cōsiderantes igit quod ab antiq̄s patrū institutis nō deuiat:qui aliqua preuio iudicio & suadente rōne in melius reformat: priuilegiorꝫ nrorꝫ & apl'icarū litterarꝫ super hoc authoritate roborati:statuimus quod electio cōuentualis cum Prælato ad Capl'm gn̄ale destinādi deinceps infra scripto mō celebretur. ¶ A qua quidem electione exclusis omnibus pręter sacerdotes & Diaconos qui tēpus promotionis ad Diaconatū ꝑ ordinatiōes nr̄as statutū in cōgregatione compleuerint:quos tantū huiusmodi electionis capaces esse decernimus. ¶ Exclusis ēt e sacerdotū & diaconorꝫ numero:quib⁹ a capl'o gn̄ali cōcessa ē facultas ut eligi in cōuētualē nō possint:tales.n.nisi de licētia eiusdē capl'i ultra ꝑ quēlibet etiam per Præsidentē admitti non poterunt.

¶ Exclusis quoq; Prælatis titularibus: qui cũ cen seantur in numero Prælatorũ inter conuentuales non debent censeri. ¶ Exclusis ẽt qui propter infirmitatem uel aliud legitimum impedimentum se ante electionem excusauerint: & Prælatus cũ con sensu maioris partis suorũ deputatorũ talem excusationem admittendã duxerit: uel ẽt si propter easdem causas prælatus cum cõsensu eorũdẽ aliquos excludendos duxerit: post electionem aũt factam nullius admittit excusatio. ¶ Exclusis quoq; a loco suæ professionis degradatis uel publicam agentibus pœnitentiã. ¶ Excluso deniq; uno ex fratribus quem Prælatus ꝓ regimine & utilitate monasterii magis idoneũ iudicauerit. ¶ Possit etiã præter hunc ipse prælatus iustæ necessitatis uel utilitatis causa de suorũ consilio deputatorũ ac unius saltem uel præsidentis uel uisitatoris licentia: si tamẽ fratris nomen & causam quæ ad hoc eum impulerit eidem uel Patri Præsidenti uel uisitatori duxerit insinuandã: alterũ nihilominus pari forma subtrahere. ¶ Demum ad electiõem procedatur: quę iuxta formam & modum ĩfrascriptum fieri debet. Prælatus uero interim imponat alicui ex fratribus ut scribat ĩ una cedula oĩum nomina monachorũ. ¶ Voces uero cuiuslibet Cõuentus idest balotæ dissimilis coloris: iuxta ordinem infrascriptum ita taxantur. Vbicunq; fuerint sex monachi professi

non computato prelato: habeant tãtum unam uocem. Deinceps uero & supra cõputentur uoces nõ iuxta numerꝰ conuẽtus sed fratrum: qui huiusmodi electionis capaces fuerint: si præsentes extiterint: ita ut ubicunq; quatuor tales fuerint: unã uocem habeãt: & octo duas: & duodecim tres: & sic successiue. Ita ut pro singulo integro quaternario una tantum cuilibet cõuẽtui uox accrescat. Quod si contingat inueniri minus q̃ quatuor eligibiles: unam nihilominus uocem habere censeantur, pro ut supra dictum est.

¶ Post nonam Prælati legãt infrascripta cum quatuor sequentibus capitulis.

COngregatis itaque post nonam ex more fratribus in Capitulo, oratione breui præmissa & inuocato Dei nomine assistentibus hinc inde Prælato duobus ex deputatis superiorem locum in capitulo habentibꝰ: singulosq; sacculos singulis tenẽtibus: sit penes Prælatũ p̃dicta cedula in qua omnium noia monachorũ congregatorꝰ habeantur scripta. De qua primo extrahant omni assistente cõuentu cedulæ continentes nomina monachorꝰ non sacerdotũ neq; diaconorꝰ: q̃ numeratæ & plicatæ ponãtur in sacculo ad hoc parato: quẽ tenebit supior: qui a sinistris Prelati erit: in altero aũt sacculo po

nant' numeratæ corā oibus totidē balotę paris magnitudinis eiusdēq; coloris præter duas tātū: quæ paris qdē magnitudinis sed dissimilis coloris erūt ¶ His taliter cōpositis unus frūm sacerdotū siue diaconorꝝ quē prælatus cū p̄fatis duobus iuxta se sedētibus elegerit: ante ip̄m genuflectens accipiat de sacculo cedulā unā plicatā: digitis eā corā oib⁹ alte tenendo: deinde accipiat de altero sacculo balotā unā eā oibus ostēdendo: & cuius coloris sit ēt explicādo: & postea alta uoce ꝓnūciet nomē in p̄fata cedula scriptū oibus audiētibus. Cedulāq; ipsam p̄latus duoq; supiores p̄dicti oīno uideāt & legant. Sicq; p singulos procedat' donec balotę duę i colore dissimiles extractæ fuerint. Et illi duo frēs quorꝝ noīa cū dictis balotis dissimilibus conuenerint: extrahant cōsequenter noīa sacerdotū & diaconorꝝ ꝓ cōuentuali eligēdo scd̄m ordinē quo extracti fuerint: primus uidelicet cedulas: alter balotas extrahendo: mō quo infra. In defectū uero huiusmodi clericorꝝ: si q deessent: ad arbitriū p̄dictorū suppleat'. ¶ Publicatis igit' primo sigillatim in capacib⁹ de qbus supra: extrahant' de p̄fata cedula noīa oīum mōachorꝝ sacerdotū & diaconorꝝ: quæ sigillatim & publice legant': plicent': & numerēt': ponant' q; in dicto sacculo quē tenet supior a sinistris: Et deinde palā ponant' in altero sacculo totidē balotæ numeratæ eiusdē magnitudinis & colo

ris cõputatis diuersicoloribus quę pro numero cõ uentus plures uel pauciores cuilibet mõasterio de putatæ fuerint. ¶ His ita cõpositis primus ille de electis fratribus ante ipm Prælatũ genuflexus accipiat de sacculo corã oibus cedulã unã plicatã alte tenẽdo: nõ tñ eã legat. Deide aliter sitr genuflexus de altero sacculo accipiat balotã unã eã oibus ostẽdẽdo: & cuius coloris fuerit alte pnũciando. Et postea q tenet cedulã extractã alta uoce pnunciet nomẽ in pfata cedula scriptũ: Cedulãq; ipsã pelatus cũ illis duobus sibi assistentibus oino uideãt & legant. Sicq; per singulos procedatur: donec balotæ omnes in colore dissimiles extractæ fuerint. Et sic inter eos: quibus illæ contigerint: qui superior gradu uel professione in conuentu fuerit: ille a spiritu sancto & consequenter ab omnibus fratribus in legitimum conuentualem: & qui nomine conuentus ad generale Capitulum ueniat censeatur electus. ¶ Ipsę uero cedulæ & balotæ oẽs etiã post dictam electiõem statim per pfatos patres ad cautelam corã cõuentu denuo numerent: ut si in debito numero & colore conueniant: cognosci ualeat.

¶ Electo aũt conuentuali ordinamus q Prelatus litteras p unũ de monachis suis: electionis huiusmodi testimoniales cũ appositiõe sigilli sui monasterii scribi faciat sub hac forma, uidelicet.

De his qui faciũt praticas &c.

¶ Amantissimi patres post filialem cõmendationem &c. Mittimus ad charitates uestras dilectissimum fratrẽ nostrũ. D. N. in cõuentualem secũdũ ordinationes nostras legitime electũ. Cui plenam & indubitatam fidem in iis: quæ fratrũ & monasterii nostri utilitatẽ concernunt: adhibere dignemini. Valete in christo. ¶ Ex monasterio. S. N. Die Mẽsis &c. & infra. ¶ Filii uestri Cõuentus. S. N. A tergo. ¶ Seruis dñi nr̃i Iesu Christi patribus cõgregatis in Capitulo generali monachorꝫ congregationis Casinensis alias sanctæ Iustinæ de Padua in domino amantissimis. ¶ Ordinamus insup qd̃ ea die qua huiusmodi electio facta fuerit: Prelatus legat ita ꝙ omnes intelligant hoc p̃sens capitulũ uel legi faciat fratribus congregatis in Capitulo post nonã: insup & q̃tuor capitula que subsequũt.

¶ De iis qui faciunt praticas in electione diffinitorum ex bulla Leonis decimi. Cap̃. iiii.

DEcernentes præmissa omnia & singula debere ab omnibus modernis: & pro tpe existẽtibus Præsidentibus: Diffinitoribus: Visitatoribus: Abbatibus: & aliis dictæ congregationis Monachis: Cõmissis & psonis q̃buscũq; inuiolabiliter obseruari: & eos qui sciẽter in aliquo cõtrauenerint: aut alios contrauenire malitiose procurauerint: excõmuni

cationis latę ſententiæ a qua: niſi a Præſidente regiminis: præterquã in mortis articulo conſtituti: abſolui nequeãt: & inhabilitatis ad uocem actiuã & paſſiuam in dicto capitulo generali: & ad dignitates: gradus: & adminiſtrationes in dicta congregatione pœnam quinquẽnio duraturam: incurrere ipſo facto. Eiſdem quoq; pœnis & cenſuris eos: qui circa diffinitoꝝ electionem: per ſe: uel per alios: directe uel indirecte: quocũq; tpe praticas fecerint: ſeu ab aliis praticati: uel aliter conſcii: aut quomodolibet talium praticarũ notitiã habẽtes: & ante non reuelantes: ligari & inuolui: nec nõ irritum & inane: quicquid ſecus ſuper his a quocunq; quauis authoritate: ſcienter uel ignoranter contigerit attentari.

¶ De his quæ ptinent ad officiũ conuentualium. Capũ. y.

ORdinamus ꝙ conuentuales teneant ſecretiſſima ea quæ ſibi tradẽtur in ſcriptis: ſolis diffinitoribus portanda aut uerbo referenda: ac etiam ea: ex quorum relatione notabile oriretur ſcandalum: aut ueriſimiliter poſſet oriri. ¶ Fratres quoq; qui talia ſcribũt: aut ambaſciatas huiuſmodi imponũt: nõ niſi ipſis diffinitoribus reuelanda. Quod ſi cõtra fecerint eligi nõ poſſint uſq; ad trienniũ. ¶ Inſupoꝝ quæ uerbo eis fuerint impoſita redigãt in quadam cedula ſcribẽdo nomen fratris: nihil adden-

do & nihil minuendo: ut ea possint fideliter refer re diffinitoribus: uerbi gratia: Domnus talis di cit sic &c. allegãdo causas sibi expressas a fratre in specie: & pro breuiori & certiori informatione dif finitorum colligant in unũ singulas materias: uer bi gratia: si agendum de Prælato: aut priore: aut Cellerario: concludant talem materiam inducen do dicta singulorum & causas: anteq̃ ad aliam ma teriam diuertant: ita q̃ non sit necesse eadem sæpi us repetere. Quam cedulam penes scribam capitu li dimittant: ut in uisitatione monasteriorꝝ possit haberi plenior & uerior informatio de relatis capi tulo. ¶ Præterea nec ipsi conuentuales accipiant aliquid in commissis a fratribus: nisi ea quæ acci derint post uisitationem sui monasterii. ¶ Curent etiam: ut Prælatus portet taxam sibi congruentẽ ad capitulum. Portent insuper & litteras de eorũ electione fidẽ facientibus: capĩto gñali portandas.

¶ De modo scribendi Capitulo generali. Cap̃. vi.

ORdinamus q̃ si quis fratrum nostrorꝝ uoluerit ali qua intimare Capitulo generali: scribat ipse: & nõ alius pro eo. Si uero nescit conuentualis ab eo ro gatus: uel alius Monachus de licentia sui Prælati. Qui ne teneant diu diffinitores in pluribus occu patos: clare: breuiter: & succinte scribãt cum sub

ſcriptione ſui nominis exponendo cauſam uel cau
ſas dicti uel petitionis ſuæ. Alioquin ſi pręſatæ lr̃ę
carebunt ſubſcriptionis nomine: a diffinitoribus
reiiciẽtur. ¶ Volumus etiam ꝙ ea quæ concernũt
ipſam congregationem: in cõmune ſcribãt uel ſcri
bi faciant litteris aptis. Ea uero quæ ad aliqua par
ticularia monaſteria pertinent: ſcribant aut ſcribi
faciant litteris clauſis. Sed ſiqui conuentuali ſuo
aliquid diffinitoribus referendum imponunt: ni-
hil de cætero eiſdem diffinitoribus ſcribant: uel ſi
ſcribere maluerint: eidem conuentuali dicendum
nihil imponant. ¶ Caueant autẽ fratres ne de his
quæ ante uiſitationem monaſterii acciderint ali-
quid capitulo ſcribant: niſi urgens cauſa ſubſiſtat.
¶ Sed nec frater fratrem ſollicitet: aut faciat prati
cam: ut ſcribat: aut ambaſciatam mittat. ¶ Nullus
ꝙ frater etiam ſi ſit de numero deputatorum alte-
rius litteris ſubſcribat: aut ſuis ſubſcribi faciat quo
uis quæſito colore: & qui contrafecerit tam in hoc
caſu q̃ immediate præcedenti: ter in pane & aqua
in terra ĩ refectorio ieiunet. ¶ Vltimo ordinamus
ne uolentes ſcribere Capitulo inordinatis paſſio-
nibus ſeducãtur: nec quadam animi facilitate ſcri
bant: ſed Deum præ oculis habentes: ea quæ fue-
rint neceſſaria & utilia ſuggerãt patribus cum om
ni honeſtate & grauitate. ¶ Vt autem pax & beni
uolentia erga Prælatos & fratres noſtros cõſerue-
tur: admonemus Prælatos: ne tẽpore capituli uel

uiſitationum quærant quo uis modo: quis contra eos ſcripſerit/uel ipſos accuſauerit. Et ſimiliter cũ ad monaſteria ſua peruenerint hortẽtur ſocios & fratres: ut caueant etiã ipſi: ne quærant aliquo modo quis uel ſcripſerit: uel ambaſciatam miſerit: ſed potius diſſimulent ſe neſcire: nec moleſte ferre.

¶ Quæ per Prælatos ad capitulum ueniẽtes ſunt deferenda. Cap̃. yii.

ORdinamus q̃ Prælati noſtræ cõgregationis: aut qui ab eis eorum nomine miſſi fuerint: deferant ſecum uenientes infraſcripta. In primis nomina fratrum qui anno illo profeſſionem emiſerint: ac diẽ quo profeſſi fuerint: nec non eorum qui in domino quieuerint: aut eiecti: aut quocunq; modo diminuiti fuerint. ¶ Portent etiam in ſcriptis nomina omnium fratrum conuentus ſui: ac locum: annum: & diem: ubi: & quo profeſſi ſunt: ſecundum tamen gradus & ordines: quos in monaſteriis ſuis tenent. ¶ Portent etiam annuos redditus & expẽſas ſuorum monaſteriorꝫ ac computa debitorum & creditorꝫ in breui ſũma. ¶ Ad officium ẽt Prælatorꝫ ſpectat petere licentias eorꝫ qui promouẽdi ſunt tam ad ordines ſacros q̃ ad gradum ſuperioritatis & etiã litteras gratioſas pro benefactoribus monaſterii ſui: quæ non excedant numerum triũ.

¶ Et q̃a

Et quia parentibus fratribus ac sororibus fratrũ congregatiõis nostræ: ꝑ patres dictæ litteræ gr̃o se concessæ sunt: amõ ꝑ eis non requirant. ¶ Itẽ balnea pro infirmis fratrib⁹: tn̄ seruatis seruãdis: pro ut in declaratorio regulæ capl'o. xxxvi. de infirmis fratribus. ¶ Deferant præterea ultra expẽsas itineris: necessarias pro ipsis & eorum conuẽtualibus tam in eundo q̃ in redeundo taxam unã iuxta assignationem suo monasterio traditam: & eo amplius: ꝑ ut per capl'm præcedens fuerit ordinatum: nisi in tanta aut maiori summa fuerint congregationis liquidi creditores: quod si facere neglexerint: sciãt se in capitulo gn̄ali uoce actiua & passiua priuatos. ¶ Vt autem pecunia quæ ꝑ ãnatis mõasteriorꝫ in curia Ro. soluẽda est paulatim præparet: & non cum nimio monasteriorum dispendio: ordinamus q̃ Prælati monasteriorum annatam soluentium deferre debeant seu transmittere annuatim ad capl'm ratam pecuniæ: quæ eis contingit: computatis minutis seruitiis: de q̃bus aduertet depositarius: habito respectu ad annorum numerum: post quos annata ipsa soluẽda erit. Quæ pecunia reponat in loco per diffinitores deputato ita & taliter: q̃ quando p̃fata annata solui debebit: reperiat pecunia ipsa totaliter p̃parata. Si uero Prælati ac cellerarii p̃fatorꝫ monasteriorꝫ hoc adimplere neglexerint: siqdẽ ad capl'm uenerint: careant uoce actiua & passiua: quo ad

electionē diffinitorꝰ. Sinaūt: tā diu ieiunēt semel in hebdomada in pane solū & aqua: q̄ diu omissā ratā pecuniæ: ubi supra: deposuerint cū effectu. ¶ Idem censemus de conuentuali: qui solus sine Prælato uenerit ad capl'm: si culpa sua id accide- rit. ¶ Siquis tñ Patrum nostrę congregationis to tam integram taxam uel partem quæ tpe capli per patres diffinitores intra annum soluēda mandat̄ ꝓ bono uniuersali congregationis & utilitate ex- posuerit/tpe uisitationis huiusmodi pecuniæ sic expositæ sibi in dicta taxa computent̄: uel tpe sal- tem capli gñalis: si expectare uoluerit admittant̄. Ordinamus ēt: ut tempore quo generale capl'm celebrat̄: fiat per omnes conuentus pro dicto ca- pitulo publica: uniformis: & consueta oratio: ut Deus omnipotens capl'm celebrare debentium corda & actꝰ dirigere dignet̄ in beneplacito suo.

¶ De forma capituli generalis. Et primo in qui- bus personis consistat. Hoc capitulum legit pater Præsidens sabbato ante tertiam dominicam post pascha dicta nona: coram omnibus de capitulo.

Capitulum. viii.

DEclaramus pariter & ordinamus Pręsidentem re giminis: uisitatores: ac Prælatos habentes titulū & administrationem: uel principalem administra tionē tantū monasteriorꝰ nr̄æ cōgregationis: nec

non cõuentuales totũ gñale capl'm facere: quos intelligimus repsentare totã congregationẽ ipso durãte capl'o. uolẽtes q̃ oẽs supra noiati uocẽ i capitulo hre possint: si tñ pñtes extiterint: absentes aũt a capl'o nullã uocẽ hre possint. ¶ Q d si aliq̃ ex cã contingeret uni dari titulum & alii administrationem: uocẽ in capl'o administrator & non titularis habebit. ¶ Si uero contingeret ex causa Prælatum uel alium monachum monasterii: ubi pauciores q̃ sex fuerint clerici professi: non computato Prælato: etiam cum licentia ad capl'm accedere: nec Prælatus: nec monachus ullam uocẽ in capl'o habebũt. ¶ Sabbato igit' pfato ante tertiam dominicã post Pascha: fiat in missa cõmemoratio de Spiritu sancto ac deinde post nonam cõuocatis omnibus de capl'o in loco ad id deputato præmissa prius mentali oratione: præsidens regiminis dicat. Ver. Saluos fac seruos tuos. Rñ. Deus meus sperantes in te. Ver. Esto nobis dñe turris fortitudinis. Rñ. A facie inimici. Ver. Nihil proficiat inimicus in nobis. Rñ. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere nobis. Ver. Dñe nõ fm peccata nra facias nobis. Rñ. Neq; fm iniqtates nras retribuas nobis. Ver. Mitte nobis dñe auxilium de sancto. Rñ. Et de syon tuere nos. Ver. Domine exaudi orationem meam. Resopon. Et clamor meus ad te ueniat. Ver. Dominus uobiscum. Rñ. Et cum spũ tuo. Oremus.

Actiões nostras quæsumus domine aspirãdo prę ueni & adiuuando prosequere: ut cuncta nostra oratio & operatio: a te semper ĩcipiat: & per te cœpta finiatur. Oratio.

Famulorum tuorum quæsumus domine delictis ignosce: ut qui tibi placere de actibus nostris nõ ualemus: genitricis filii tui domini nostri intercessione saluemur.

¶ Intercessio nos q̃sumus dñe beati pr̃is nr̃i Benedicti Abbatis cõmendet: ut quod nostris meritis nõ ualemus: eius patrocinio assequamur. Per christum dominum nostrum. Rñ. Amen.

¶ Fratres uero conuentuales ex tunc & deinceps in loco tantum capituli teneant locum professionum suarum: nisi electus in cõuentualẽ fuerit ex senioribus ipsius monasterii ubi capitulũ celebratur: quia locũ solitum tenebit: præterq̃ in actibus capitularibus. ¶ Facta uero per Pręsidentem monitione fratres conuentuales per litteras aut sufficientia testimonia suarũ electionum fidẽ faciant. Approbata autem uel reprobata eorum electiõe: Pater Pręsidens dicat corã oĩbus: qd̃ qui non portauerint taxam aut portionem annatę cũ minutis seruitiis ueniant de præsenti: & exponant causam quare nõ portauerint: qua per præsidentem corã omnibus declarata: iudicet ipse cũ uisitatoribus: an sit legitima uel ne: q̃ si legitimã non iudicauerint: careãt uoce actiua & passiua in electione dif-

finitorum ut ſupra dictum eſt. Si autem nō uenē rint ad capitulum tam diu ieiunent ſemel in hebdomada in pane ſolum & aqua: q̄ diu omiſſam ratam pecunię: ubi ſupra: depoſuerint cum effectu. Et ultra hoc tranſgreſſores huiuſmodi in terra ſemel in refectorio comedant: die quo ſtatuerint diffinitores: nec cum eis diſpenſari poſſit: niſi ex nouem: octo acceſſerit diffinitorum conſenſus. Conſequenter pater Præſidens publice audientibus omnibus explicet eam partem bullæ Leonis decimi: ubi agit̄ de excōmunicatione & inhabilitate eorꝫ: qui in electione diffinitorꝫ directe uel indirecte praticas fecerint: quā ſupra in q̄rto capl'o inuenies. Deinde moneat omnes ut interſint miſſæ: q̄ die ſequēti ſolēniter cantabit̄ de dñica cū cōmemoratione ſpūs ſancti: Vt dñs illuminare dignet̄ & dirigere in ſuo beneplacito corda fratrum capl'm celebrare debentium. Et conuentualibus recedentibus: Præſidens legat infraſcriptum capl'm quo lecto ad electionem ſcrutatorū per Prælatos procedatur.

¶ De electione ſcrutatorum. Cap̄.ix.

ORdinamus primo ne quis alicui Prælato uel cōuentuali: ad quos electio ſpectat diffinitorꝫ cōſanguinitate uſqꝫ ad ſecundum gradum incluſiue cōiunctus: in ſcrutatorem eligat̄. Singuli igit̄ uiſita

tores quatuor: qui non ſint de capitulo: nominēt ſecrete in aurē patris Pręſidentis: ipſe etiam pater Præſidens quatuor nominare poſſit/quos qdem ille in cedula conſcribat: & eos poſtmodum noīet q noīati balotentur ab oībus Prælatis: & illi quatuor: qui plures balotas albas habuerint: ſint ſcrutatores electi in omnibus actibus capitularibus durante ipſo capitulo: & ſi fuerint aliqui pares in uocibus: præferantur qui locum ſuperiorem in monaſterio tenuerint. ℭ Qui ſcrutatores teneant ſecretiſſima quæcūqꝫ ſcrutati fuerint: contrafacientes uero ſi trāſgreſſio fuerit manifeſta greduati teneant locum profeſſionis ſuæ in monaſterio ſaltem per duos menſes. Si uero non fuerint graduati: ſtent degradati in monaſterio poſt omnes pfeſſos ſimiliter per duos menſes: & inſuper eo ipſo ſint priuati dicto ſcrutatorꝫ officio: ad quod deinceps in perpetuum ſint inhabiles. ℭ Si uero culpa fuerit latens: ter in pane & aqua ieiunent nec aliter abſolui poſſint. ℭ Hoc autem capīm legat Præſidens ipſis ſcrutatoribus die ſequenti coram omnibus de capīo antequam ad electionem diffinitorum procedat. Poſt hæc recedentibus Prælatis pater Præſidens una cum uiſitatoribus ſcribi faciat duas cedulas ſtrictas & longas: in quarum altera ſint ſcripta nomina omnium Prælatorum in altera autem nomina fratrum conuentualium ſecundum ordinem profeſſionis uniuſcuiuſqꝫ. Itē

duas alias cedulas cõsimiles: sed latas dãdas scrutatoribus: in quibus seriatim ipsi scrutatores possint notare suffragia singulorum.

¶ De absolutione Præsidentis & aliorum Prælatorum ab eorum regimine. Hoc capitulum legit pater Præsidens dominica tertia post pascha dicta nona coram omnibus de capitulo.

Capitulum. x.

DOminica igitur tertia post pascha solẽniter cantata a patre Pręsidente missa de dominica cum cõmemoratiõe de spũ sancto ut supra dcm̃ est: post nonã pulsata cãpana/& oibus q̃ sunt de capĩo/in loco ad id deputato cõgregatis genibus flexis prę missa mentali or̃one Præsidens regiminis omnes de capitulo huiusmodi alloquitur sermonibus.
¶ Pr̃es & fr̃es dilectissimi: quia sc̃dm antiquã & laudabilem consuetudinem nostrã/ tpe capĩi generalis uacare debent omnia beneficia: dignitates: prælationes: & officia generalis regiminis: Iccirco ego. D. N. humilis Præsidens congregationis monachorum de obseruantia Casinensi alias sanctæ Iustinæ uice & nomine totius capĩi gn̄alis: apl̃ica ac ẽt constitutionum nostrarum authoritate absoluo omnes & singulos uisitatores: Abbates: Priores: administratores: & omnes hn̄tes tã titulũ q̃ principale regimẽ monasteriorꝝ nr̃orꝝ

ab eorum officiis:cura:administratione:titulo:& regimine:& eos absolutos pronuntio. ¶ Si uero Præsidens non interfuerit capitulo:antiquior uisitatorum:qui illic aderit:omnia supradicta nomine & uice Præsidentis pronunciet. ¶ Qua absolutione facta:cęteri omnes discooperto capite surgant:eidem absolutioni reuerẽter annuentes:locaq; suæ professionis ilico petant. ¶ Subsequenter Præsidens dicat. Et ego idem. D. N. denuntio me absolutum iuxta tenorem priuilegiorum & cõstitutionum congregationis nostrę ab officio prę sidentiæ & uisitationis:nec nõ a titulo:regimine: & administratione monasterii. S. N. Placeat itaq; paternitatibus uestris die statuta ꝓuidere de magis idoneo. ¶ Post hæc prostratus coram omnibus:de excessibus & negligentiis suis se accuset: & subiciat se capituli correctioni: ueniam:& orationem pro se a fratribus postulãs: & facto signo ab antiquiore capituli surgat: & reuertatur ad locum suæ professionis. Similiter omnes alii faciãt qui in illo anno uisitatores fuerint: aut monasteriorum principale regimẽ habuerint: unusquisq; ꝓm ordinem suum incipiẽdo a maiore. Et facto signo ab antiquiore surgant: & ad suę professionis loca redeãt. ¶ Quibus ꝓeractis ad electionẽ diffinitoꝝ ꝓcedatur.

¶ De Præsidentis capituli & alioꝝ diffinitoꝝ electione. Cap̃. x.

QVoniam plura in capitulo generali tractanda occurrũt: quæ si per omnes de capitulo fierent: tẹdium plerunq; expeditionis difficultas pareret: Iccirco ut diffiniendorum facilior eliciatur conclusio: ordinamus iuxta tenorem priuilegiorum nostrorum nouem diffinitores eligi debere ex fratribus: qui sunt de capitulo. Quorum unus eligat Præsidens capituli. Ipsorum autem nouem fm ordinatiões nostras sex sint ex his: qui eo anno Prẹlati extiterint: & tres tantum ex conuentualibus.

¶Admonemus autẽ ut unusquisq; deum in hac electione ante oculos suæ mentis habeat: & quos iudicio suæ conscientiæ pro uniuersali congregationis bono iudicauerit utiliores: hos eligat.

¶Ordinamus etiam quemlibet absentem a capitulo: neq; per substitutũ: neq; per epistolas: neq; per nuntium uocem in capituli actibus hr̃e posse.

¶Primo igitur fm tenorem indulti apostolici excipiantur omnes qui per biennium continuũ proxime præteritum ꝑ prælatis diffinitores fuerint: & per biennium uacaturi sunt.

¶Secundo excipiantur omnes illi: qui biennium uacationis suæ adhuc non compleuerunt.

¶Tertio notentur illi qui anno proxime præterito tantum: diffinitores fuerunt & præsenti anno esse possunt: qui balotandi sunt omnes: & duo ex illis: qui plures uoces habuerint: habilitati censeãtur & cũ aliis in diffinitores eligi possint: Quod si

aliqui ex illis fuerint pares in uocibus superiores professione admittantur. Qui duo sic exclusi: etiam sequenti anno uacabunt: ut sic uacatio biẽnii compleatur.

¶ Si uero unus aut duo ex illis tantum præsentes fuerint: absq; alio scrutinio habilitati censeantur.

¶ Idem quoque modus & ordo seruetur in habilitatione conuentualium: hac habita ratione quod ex præsentibus: qui anno præterito diffinitores fuerint: unus tãtum remaneat habilitatus: q̃ si ex illis unus tantum præsens fuerit eo ipso ut supra habilitatus intelligat̃. ¶ Præter hos supradictos patres diffinitores omnes cum nouem balotis albis: & cum consensu & uoluntate maioris partis prælatorum omnium cõgregationis statuerunt: ut amodo in diffinitorem eligi nõ possit: nisi unus tantum professus p̃ quolibet monasterio. Ita q̃ nouem diffinitores singuli professi de singulis monasteriis eligãtur. Et ad tollendam cõfusionem: & concurrentiam cũ conuentualibus prælatorum: statuerũt ut sex ex prælatis in diffinitores electi: ante conuentualium electionem: a scrutatoribus publicentur: & dictorum sex diffinitorum conuentuales comprofessi: ab electione huiusmodi secludantur.

¶ Modus autem electionis diffinitorum secundum formam indulti erit iste.

¶ Nomina omnium qui in diffinitores eligi poterunt: in ſacculum mittantur: & deinde ſuper eorum ſingulis: pro ut ex ſacculo eiuſmodi educentur: ſcrutinium fiet ſuffragiis ſingulorum: Ita tamen q̃ prius prælati ſeorſum omnes: & deinde conuentuales ſeorſum balotentur: & nouem ex his: qui pluribus ſuffragiis iuuabuntur: diffinitores erunt. ¶ Rurſus de ipſis nouem ſic electis: p̃ præſidẽti capituli ſcrutinium celebretur: & ille ex iis præſideat: in quem conuenerint plura ſuffragia: ſi tamen quadriennio integro ab ipſa præſidentia capituli uacauerit: ante enim in præſidentem capituli eligi non poterit.

¶ Circa uero uocum ſuffragia & profeſſionis locum: ille idem ordo qui ſupra ſeruetur: ſuffragiaq; ipſa in prædictorum præſidentis capituli & & diffinitorum electionibus: quæ ante hac per cedulas præſtabantur per fabas ſeu bolotas in pixidem ſecrete mittendas de cætero miniſtrentur.

¶ Quo circa decernimus præmiſſa omnia & ſingula uigore prædicti indulti ab omnibus prælatis: & monachis: & commiſſis: & perſonis quibuſcunque dictæ congregationis inuiolabiliter obſeruari. Diligenter aduertentes q̃ illi qui circa huiuſmodi diffinitorum: & præſidentis capituli electionem per ſe uel per alios directe uel indirecte quocunq̃ tempore: & quouis quæſito

colore praticas fecerint: seu ab aliis praticati non reuelauerint: & qui circa dispositionem indulti & formam prædictam in aliquo contrauenerint: aut alios contrauenire malitiose procurauerint: eo ipso: per præfatum indultum excommunicationis latę sententiæ pœnam incurrunt: a qua nisi a patre Præsidente regiminis: præterq̃ in mortis articulo constituti absolui nequeũt: & insuper ad uocem actiuam & passiuam in capitulo generali: & ad prælationes/ gradus & administrationes in cõgregatione perpetuo ꝓxime quinquennio pœnã inhabilitatis incurrunt.

¶ De diffinitorꝫ authoritate ac potestate & de lr̃arum & pecuniarꝫ præsentatione. Cap. xii.

PRonũciata itaq; seu publicata ꝑ supiorẽ ex scrutatorib⁹ electiõe pr̃is p̃sidẽtis & diffinitorꝫ: statim pr̃ Præsidẽs legat sequẽs capl'm corã oibus. ¶ Quoniam ad officium diffinitorꝫ ꝑtinet cũcta in capl'o occurrentia atq; de cõgregatiõe disponere. Ordinamus q̃ diffinitores tpe capl'i gn̄alis: oẽm repręsentent congregationem: ipsisq; electis intelligat omnis a capl'o tributa potestas. Iccirco omnia q̃ fuerint ꝑ ipsos in capl'o diffinita iuxta priuilegiorũ nr̃orꝫ tenorẽ inuiolabiliter obseruent ab omnibus Prælatis & fratribus nr̃æ congregatiõis cuiuscũq; gradus seu cõditiõis existãt. ¶ Pręsidẽs et

capl'i

capituli durante officio ſuo omnia ſigna præemi-
nentię tam generalia q̃ particularia faciat: & lo-
cum ſuperiorẽ teneat. Cæteri uero diffinitores ab
ſente Præſidente etiam omnia ſigna faciant: ut ſu
pra & loca ſuperiora teneant ſibi inuicem deferen
do ſecũdum profeſſiones eorum. ¶ Electis itaq;
Præſidẽte & diffinitoribus: Ordinamus q̃ ſubſe
quẽter ipſi præſidenti litteræ omnes bonum con
gregationis uniuerſale concernẽtes: quæ fuerint
præſentandę: porrigant. ¶ Omnes præterea tam
Prælati q̃ conuentuales marſupia cum pecuniis
ad monaſteria tantum pertinentibus: quas ipſi ſe
cum: ſeu alii eorum nomine detulerint: nec nõ &
litteras cambii: ſi quas habent ſine aliqua fraude
apud Præſidentẽ capituli deponãt. Ipſe uero Præ
ſidens ſigillo eas muniẽs in aliqua capſa ſub cuſto
dia tradat: Qui ſi aliter diſponere uoluerit de ipis
poſſit: ſeruata iuſticia his: quorum ſunt. Pecunias
tamen: ſi quas penes ſe: aut alio quo uis loco ali-
qui habuerint: ad monaſteria non pertinentes: in
ſignum humilitatis & reuerentiæ Patri Præſiden
ti manifeſtent. ¶ Demum ipſi diffinitores alio-
rum fratrum orationibus ſe cõmendantes: eos in
pace dimittant: ante tamen q̃ receſſerint: fiãt per
Patrẽ Præſidentem infraſcriptæ admonitiones.

¶ Admonitiones faciendæ per patrẽ Præſidentẽ
oibus de capitulo in Principio capituli generalis.

De diffinitorꝫ authoritate ac prãte.

¶ Vt capitulum citius possit expediri: conuentuales sumant sua memorialia in breui summa reducẽdo maxime dicta multorum idem dicẽtium in unum capitulum: allegãdo causas singulorum: ut supradictum est latius: in capitulo de his quę pertinent ad officium conuentualium.

¶ Prælati & conuentuales sint breues: & expediti: nec eadem sæpius repetant: sed caueant superflua & ad propositum non pertinentia.

¶ Solliciti sint circa disciplinã & regl'arẽ obseruãtiã: & p̃cipue ad diuina officia die ac nocte: attẽto q̃ fr̃es mõasterii sunt in uariis exercitiis occupati.

¶ Vadãt etiam ad exercitia cõmunia maxime ad faciendum panem.

¶ Ad collatiõem serotinam cito uadant cum omni grauitate & silentio.

¶ Ad tonstrinam etiam accedant: & stent cum silentio: ne inde tõsores scandalizentur.

¶ Vacent silentio & præcipue post completoriũ & tempore dormitionis meridianæ maxime cum fratribus monasterii: fugiẽdo nugas omnibus horis: ne eos scandalizent.

¶ Caueãt omnino ne prædictos fratres monasterii subleuẽt per se uel per alios: ut quærant mutationẽ: nec eis aliqd ꝓmittãt uel donẽt: sicut sæpe factum est in damnum animarum: & contra regulam: & ordinationes nostras.

¶ Obseruent etiam: ne quæ foris uiderint uel au

dierint: uel quæcũq; curiosa uel scandala cõgregationis: referãt ipsis fratribus: maxime iuuenibus: quia ut dicit Sanctissimus pater Bendictus inde plurima animarum destructio prouenire solet.

¶ Cõfiteant inuicẽ oẽs Prælati & conuentuales: qui ad cõfessionẽ fratrũ audiẽdas in suis monasteriis deputati erant: & similiter cũ deputatis monasterii: ubi capitulum celebrat. Laudabilius tñ erit q̃ quilibet cum prælato suo cõfiteat & ecõuerso. Alii uero cõuentuales cũ prædictis ẽt ipsi confiteri possint: sed si cum olim prælato suo confiteant magis laudamus. Reliqui uero fratres: qui nõ sũt de capitulo: sed socii prælatorum: cum olim prælatis suis uel de eorum licentia: & quibus illi commiserint confitebuntur.

¶ Caueãt sup oia oblocutiões & detractiones de prĩbus & frĩbus: & p̃cipue de p̃latis olim suis: sed tm̃ dicãt: q̃ dicẽda sunt prĩbus diffinitorib⁹: & cõclusiue nemo cuiq̃ passiões suas demonstret: nisi p̃dictis diffinitoribus. Et hãc admonitionẽ obseruent diligẽter: q̃a inde multa scãdala oriri solent.

¶ Nullus exeat monasteriũ etiã causa recreatiõis uel pedester uel equester sine licentia patris Pręsidentis tantũ: & caueant ire ad hospitiũ: nisi urgẽti cã: nec ibi comedant bibantq; sine licentia.

¶ Adhortent q̃ fuerint p̃lati mõachos suos & cõmissos ut seruiant missis: & adiuuent in exercitiis fratres monasterii.

¶ Admoneãt etiam famulos ſuos ut uelint eſſe diſcreti & morigerati: & qeti: & caueãt contentiones: qa inde ſæpe ſcandala oriunt: cellerarii uero eis prouideant de neceſſariis.

¶ Itẽ moneãt oẽs: q̃ Dñs Sixt⁹ Papa. iiii. cõceſſit grãm ſtationũ omni die durãte capl'o oibus fratribus noſtræ congregationis uiſitantibus altaria: & facientibus: pro ut in aliis diebus ſtationum fieri conſueuit.

¶ Vltimo ut rogent continue & aſſidue Deum pro capitulo: ut Deus illuminet corda patrũ iuxta beneplacitum ſuum: & præcipue ſacerdotes ĩ miſſis faciant cõmemorationẽ de ſancto ſpũ: & in cõuentu fiat oratio ordinata tpe capl'i.

¶ Q d̃ nullus diffinitorum pcaciter defendat ſententiam ſuam: aut reuelet ſecreta capituli.

Capl'm. xiii.

SAne ut omnia cum Dei timore procedant: & ad laudem ipſius cedãt pariter & honorem: ſtrictius prohibem⁹: ne aliquis diffinitor pcaciter tueatur ſuum iudicium: examinando occurrentes cauſas: aut aliquid ſuper his conferendo prætendens habere ſuam intentionem. Sed ſi quid forte dicere uoluerit ſua dictante conſcientia: ut clarius ueritas eluceſcat: prẽuia patris Præſidentis licentia cum omni humilitate conferat & modeſtia. Et poſtq̃ ſuum emiſerit uotum aliorũ iudicio ſe ſub-

mittat

mittat: qui si contrafecerit & correctus se nõ emẽdauerit expellatur extra diffinitorium. ¶ Nullus insuper tam ipsorꝫ diffinitorꝫ: q̃ etiam aliorũ quacunqꝫ ex causa a diffinitoribus aduocatus: ea quæ tractantur in Capitulo: siue quæ ibi audierit: reuelare audeat: donec fuerit Capitulum absolutum: & etiam ad longius tempus: si rei materia poposcerit. ¶ Quod si a quoquam contrafactum fuerit ita ꝙ scandalum oriatur: aut uerisimiliter oriri possit: quod arbitrio maioris partis diffinitorꝫ: si tpe diffinitorii talis reuelatio publicata fuerit: sin aũt arbitrio regiminis declaretur: siquidem diffinitor: primo sequenti anno: quo fuerit habilis ad officium diffinitorii non possit eligi in diffinitorem: & præter hoc si durante capitulo de tali reuelatione constiterit: expellatur de diffinitorio cum diffinitorũ tamẽ arbitrio: si maiori parti eorꝫ uidebitur reuocãdus: si uero is qui reuelauerit diffinitor non fuerit comedat semel in terra ĩ refectorio tpe capituli die quo statuerint diffinitores: ꝓ q̃litate trãsgressiõis arbitrio patrum diffinitorum seu regiminis: si ĩtra annum de tali reuelatione constiterit puniendus.

¶ De electione scribæ capituli generalis & de pertinentibus ad officium eius. Cap̃. xiiii.

POst electionem diffinitorũ eligatur unus ex ipsis

diffinitoribus qui ſit ſcriba capituli hoc modo: uidelicet unuſqſq; diffinitor; noiet quē uelit p̄ſidenti capituli: qui Præſidens oēs noiatos redigat ī ſcriptis: poſtea balotēt: & remaneat qui habuerit plures uoces: & ſi plures inuenirent pares in uocib⁹ iter balotent: donec unus remaneat. Quo electo p̄ſidens capl'i ꝓpria manu in regiſtro actor; ipſius capituli ſcribat in hac forma de his fidē faciens.

¶ Anno dñi. N. N. N. In dictione. Die. N. mēſis N. Sanctiſſimi. D. nr̄i. N. p̄p̄ Ponti. anno. N. celebratū fuit capl'm gñale monachor; cōgregationis Caſiñ. alias. S. Iuſtinę in monaſterio. S. N. De. N. Dioceſ. N. in quo fuit electus ī ſcribā capl'i. D. N. De &c. ab infraſcriptis diffinitoribus eiuſdē capl'i ad cuius rei fidem ego. D. N. De &c. diffinitor & p̄ſidens p̄fati capituli hęc manu propria ſcripſi. Cōſequenter duo ex antiquioribus diffinitoribus ſe ſubſcribant. Poſtea ipſe ſcriba: qui eo ipſo authoritate apoſtolica ut patet per indultum Pii ſecundi ſūmi pontificis: conceſſum de anno. M. cccclxxi. quo ad acta capituli notarius publicus cēſet: in regiſtro ſcribat nomina: Præſidentis & alior; diffinitor; anni illius: & ſubſequenter oēs alios officiales: & quælibet acta capituli ſcriptura digna.

¶ Ad officium ēt ſcribæ pertinet litteras oēs capitulo p̄ſentatas: corā aliis diffinitorib⁹ legere: & ea quæ alicuius ponderis: aut digna examine conſpe

xerit in uno folio per ipſum ſcribã in modum memorialis notentur: per diffinitores poſtea examinanda: ad eius etiã officium pertinet publicare Vicarium monaſterii: auditores cauſarũ: Cancellarium: depoſitarium: lectores patrũ: hoſtiarios: & alios officiales a Patribus diffinitoribus cõſtitutos: cedulamq; dictorũ officialiũ Vicario relinquere. ¶ Sit ẽt ſollicitus ſcriba terminata per diffinitores anno præterito: quæ reuocata non fuerint in regiſtro deſcribere: & quæ de nouo ſtatuent̃ diligẽter ãnotare. Scribi ẽt faciat lr̃as gratioſas p bñfactoribꝰ cõgregatiõis cũ appoſitiõe ſigilli pẽdẽtis: quas ipſe ſubſcribat. Licentias quoq; uendendi ſeu quouis titulo alienandi per diffinitores cõceſſas: quas tamẽ licentias: niſi prius extẽdant̃ in mẽbrana in forma debita: nõ ſubſcribat. ¶ Conceſſę uero licẽtiæ alienandi ut de p̃miſſis apud oẽs debitã fidem ſortiantur: ſtatuimus q̃ in futurũ ut cuicunq; huiuſmodi patẽtes lr̃as cõcedi cõtigerit: in pgameno ſcribãt̃: & rotũdo ſigillo in capſa lignea ipreſſo impẽdenti muniantur. Quod ſigillũ remaneat in loco capituli: & ut ſupradicta cõmodius ualeat expedire: uolumus: ut finito capitulo tribus diebus & ultra ſi opus fuerit remaneat in monaſterio: ubi capitulum fuerit celebratum. ¶ Verum qm̃ propter ampliationem cõgregationis multæ occupatiões & cauſæ in dies emergunt: ita q̃ cum difficultate

ſcriba omnibus ſatiſſacere poteſt. Iccirco per prēs diffinitores de cætero frater idoneus: fidus: integerrimus: & peritus de capitulo eligatur: qui cācellarius Patrum uocetur: & regiſtrandi litteras: inſtrumēta & alias ſcripturas ad regimē attinentes: nec non litteras ſcribendi & reſpondendi quibus opus fuerit: pro diſpoſitione patris Præſidentis & diffinitorum curam habeat: qui etiam cum cęteris officialibus publicetur.

¶ De Vicario monaſterii. Cap̄. xy.

NE pluribus fratrum ſiue monaſterii curis diſtrahi diffinitoribus ſeu inquietari contingat: ordinamus q̄ ipſi diffinitores eligant per balotas Vicarium monaſterii: & q̄tum fieri poteſt eligant eū: qui ante fuerat Prælatus eiuſdē monaſterii: ſeu unū ex decanis: qui fratrū ac monaſterii melius conditionem nouerit: ſeu aliquem aliū de capitulo: pro ut ipſis diffinitoribus uidebitur. Qui curam habeat regiminis monaſterii ac fratrum: tam ibidem conuentualium: q̄ alioꝝ ad capitulū uenientium.

¶ Qui quidem Vicarius ſeu rector teneat primū locū poſt diffinitores: q̄bus abſentibus oīa ſigna faciat: & particulares licentias præſtet: excepto qd licentiam eūdi extra monaſterium cauſa recreationis dare non poſſit: quæ ſoli Præſidenti reſeruat.

Cap̄. xvi.

VT patres diffinitores quibus præcipue incumbit circa monasteriorꝝ & congregationis reformationem & directionē intendere: curis tpaliū & causarū tumultibus nō distrahant̄: oneraq; partita facilius portent̄: ordinamus quod per balotas a Diffinitoribus quatuor eligant̄ ex fratribus de capl̄o q̄ non sint diffinitores: docti: discreti: & idonei ad administrandā iusticiā super causis & differentiis: quæ solūmodo pro rebus tpalibus emerserint īter congregationē & eius monachos seu monasteria: nec nō inter quascūq; pſonas ēt Laicas cū monasteriis nr̄is aut cōgregatione nr̄a: si ad auditores ipsos recursum habuerint. Eligat̄ & unus scriba q̄ p quinto sit quotiens p̄dicti nō conuenirēt. Cui scribæ p diffinitores dentur coadiutores duo tam pro registro conuentuū: q̄ pro licentiis alienationū in publicam formā & pergameno transcribēdis: quæ licentiæ omnes per ipsos transcribantur: alias per scribam diffinitorꝝ non subscribātur: & in fine omnium dictarum licētiarū ponatur: præsentibus litteris tātum per quinquenniū ualituris. Hiq; quatuor auditores causarꝝ: rerꝝ: & iurisdictionum tpalium monasteriorꝝ & congregationis uocentur.

¶Ad quorꝝ officiū & examen oīa negotia tpalia: lites: & cōtrouersiæ monasteriorꝝ & cōgregationis deferant̄: qui sic electi ipso facto hēant oēm ptātē

cognoscendi & terminãdi cãs ꝑfatorꝫ sũmarie sine subtilitate iuris: sola facti ueritate inspecta: terminataq; executioni mandare. Et quod ex inopia debitorꝫ ipsi auditores exequi nequerint regimẽ aut uisitatores: ad quos illius prouinciæ uisitatio spectat: cũ requisiti fuerint: exequi teneant. Quorũ sentẽtiis & terminationibus uolumus oẽs de congregatione siue diffinitor capli: siue Præsidens: aut uisitator fuerit firmiter obedire. ¶ Examinent ẽt: & apud se mature tractẽt: qbus ẽ licẽtia quouis titulo alienãdi bona stabilia monasteriorꝫ cõcedẽda: & hmõi licentias de eorꝫ cõsilio uel concedant diffinitores uel negent. ¶ Insup computa monasteriorꝫ & cõgregationis Præsidẽtis ac uisitatorũ diligenter examinẽt & discutiãt: illaq; pro ut iustitia suadebit in toto uel in parte approbent aut reprobent: approbata uero in libris cõputorꝫ cõgregationis ꝑ depositariũ annotari faciãt. ¶ Reddit⁹ quoq; & expensas singulorꝫ monasteriorꝫ uideant & examinẽt. ¶ Matriculã ẽt cõficiãt: in qua noia fratrũ qui illo ãno ꝓfessionẽ emiserint: scribãt: notẽt ẽt sigillatim ꝑdicti auditores noia & loca defunctorum fratrum eiectorum: aut fugitiuorꝫ: uel aliter diminutorꝫ: ut per scribam quoq; sigillatim in capitulo pronunciari ualeant benefactorũ quoq; mortuorum: quibus lr̃æ gratiosæ concesse sunt numerum registrent & scribant. Registrum quoque

conuentuum singulorꝝ monasteriorum secũdum gradum ac officiũ cuiuslibet: apponendo ẽt annũ diem ac locũ: quo & ubi quilibet ꝓfessionẽ emiserit: & in dicto ꝗnterno cõuentus ipsos eo ordine digerant: quo examinandorꝝ monasteriorꝝ cedula ꝑ diffinitores publicanda digerẽt. Propter q̃ seruanda mandamus omnibus & singulis conuentibus & monachis nr̃æ congregationis ut de cętero lr̃as & cedulas talia cõtinẽtes ad hmõi auditores separatim ab aliis rebus: de quibus scribere diffinitoribus uoluerint: transmittant. ¶ Vnde ut ordinatius cuncta tractentur: citiusq; expediantur: post eorum publicationem aduocent sigillatim in locũ audientiæ ipsorum cõuentuales monasteriorum: ac de omnibus & singulis ad officiũ suũ ꝑtinentibus: pro ut expediens iudicauerint: interrogẽt: & super his disponant: sicut cõgruens fuerit. Demũ causarum controuersiis auditis terminent & iudicent iusticia præuia: sicut dignum fuerit. ¶ Quod si unus uel duo ipsorꝝ auditorũ causas aliquas ad se expectantes ante dictorum auditorum tribunal habuerint: ipsis quorum intererit exclusis: reliqui auditores una cum eorum scriba eas audiant & diffiniant. ¶ Cæterum caueant diligenter dicti auditores: ne quicquam: quod absit: ex complacentia aut displicentia quouis modo iniuste facere uel determinare presumant. ¶ Ab eorum

tñ sententiis liceat aggrauato ad Diffinitores ap/
pellare: qua appellatione interposita: de causa ip/
latus a prefato ſcriba tempore capituli: & ſi que in ea continentur executioni mandauerit. ¶ Tandẽ habita de omnibus prædictis prudenti & diligẽti informatõe/tractent apud ſemetipſos cũ dei timore: quæ ſint monitione: quæ reprehẽſione: & quæ correctione digna: tam in prælato q̃ in ſenioribus cæteriſq; fratribus. Aduertant autem ne faciliter credant omni ſpiritui: ſed probent ſpũs: ſi ex deo ſunt. Nec aliquem ex ſola ſuſpitione condemnẽt: ſed de relatis ad eos: ſi de uiſu uel auditu: ſi faciliter: ſi ab homine graui cæteriſq; circunſtantiis cõſideratis omni cum prudentia & matura deliberatione diiudicẽt. Et ſi quos culpabiles ſiue reos deprehendent: ſimul aut ſeparatim moneant: increpent: & corripiant iuxta exceſſuum qualitatem: & ſecundum conſtitutiones noſtras ordinent in premiſſis quæ fuerint opportuna: ita ut ſuo cõſilio & directione cuncta ſecundum deũ bene diſponãt. ¶ Poſſint autem prædicti uiſitatores Prælatum: ſi quem in notabilem exceſſum deprehẽderint incurriſſe: aut minus idoneum ad regimen: adeo q̃ non abſq; manifeſto ſcãdalo ſeu graui damno monaſterii uſq; ad capituli generalis tempus tolerari poſſit: ſuſpendere: & alium pro eo ſubrogare. Ad euitanda tamen ſcandala: niſi duorum ad minus officio uiſitatorum ac Præſidentis conſenſus acceſſerit: id facere non poſſint: & ſi alias in monaſterio: quiete & pacifice morari noluerit: eũ amo-

uere; & ad aliud monaſterium congregationis no ſtræ tranſmittere: prout eis uidebitur expedire. ¶ Poſſint inſuper omnes & ſingulos ſeniores & officiales monaſterii ab eorum curis & officiis ſuſpendere & abſoluere: & ſi iudicauerint expedire ab eorum monaſteriis remouere. Caueant tamen ipſi uiſitatores: ne inordinata affectione Prælatorum: & aliorum fratrũ: uitia uel exceſſus diſſimulando pallient: ſeu inordinata paſſione plusq̃: & ubi opus non fuerit: aliquem inculpent ſeu reprehendant. Nec ſecundum beatum Auguſtinũ quęrant quid corrigant: ſed corrigant qd̃ inuenerint. Nam ſicut ordinatæ: & cum prudentia factæ uiſitationes ſunt cauſa obſeruantiæ regularis/ cõſeruandæq; religionis occaſio: ita econtrario: imprudenter & inordinate ſiue cũ paſſione factæ ruinæ occaſionẽ præſtant. Iccirco ſi ipſi uiſitatores in aliquo exceſſerint: ſciãt ſe in gñali capitulo puniendos. ¶ Plane ea q̃ uiſitatores reppererint in ſuis uiſitationibus alicuius ponderis ſeu nota digna: aut q̃ ipſi cõponere nequiuerint: redigant in uno ſolio: diffinitoribus tpe generalis capituli referẽda. Statuentes q; ſi quis uiſitatorum aliquo interueniente impedimento ad capitulum gñale minime uenire potuerit: per litteras ſignificare teneatur ea quæ grauia & digna relatione uidebunt: quæq; ipſe iudicauerit expedire: ſup qbus eius cõſciẽtiam oneramus. ¶ Sed quia cõperimus apud

Q d & qualr fieri debeãt uiſitatiões.

plroſq; prælatorum & aliorum fratrum noſtro-
rum uileſcere uiſitatorum congregationis autho-
ritatem in dedecus huius officii & maximam per-
niciem diſciplinæ & obſeruantiæ regularis. Iccir-
co uolumus & præſenti ordinatione ſtatuimus &
mandamus: ut de cætero patres uiſitatores autho
ritate priuilegiorum noſtrorum & ordinationum
quæ maxima eſt muniti/ uiriliter & impigre exe-
quantur officium ſuũ: corrigenda corrigant: mu
tandos mutent: deponendos deponant: & quæ
leuiora ſunt per uerbum monem⁹ ſeu hortamur:
quæ uero grauiora: uel quæ expedit in poſterum
obſeruari: ꝑ uerbũ ꝑponimus ſeu mãdam⁹ & ordi
nam⁹ annotata: ſingula digerãt ĩ libello quẽ ſecũ
deferãt ad capl'm: ut ꝑſidẽs & diffinitores ꝑ ſingu
la monaſteria examinare & inqrere poſſint: utrũ
per eos ordinata: Prælati: cellerarii & cæteri ſerua
uerunt. Quod ſi reperti fuerint aliqui præfatis ui
ſitatoribus inobedienres/ ſeu eorum: quæ ab il-
lis ordinata fuerint: tranſgreſſores: nouerint ſe ꝑ
qualitate exceſſus & inobedientiæ puniendos: ip
ſi uero patres uiſitatores dei ſemp timorem & cõ
munem ꝓfectum præ oculis habentes: ita circum
ſpecte grauiter & religioſe ſe habeãt: & nõ ſolum
uerbis ſed & factis ædificent uiſitatos: ut merito
ꝑſonis eorum reuerentia & obedientia quæ debe
tur officio: poſſit impendi: & ipſi meminerint ui
ſitationũ & officii ſui patribus diffinitoribus ra-
tionẽ

tionem exactiſſimã reddituros. ¶ Si q uero ex ipſis: aliqd eorꝫ quę in uiſitatione acceperint: q̃ ſint alicuius momenti: uel unde ſcandalum oriat̃: aut fratrem qui aliquid dępoſuerit contra eius uoluntatem reuelauerint: ad idẽ officiũ per ſequẽs quadriennium cõtinuũ aſſumi nõ ualeãt. Prælati uero & alii ſupiores nullo pacto ſint curioſi ad quærendum: quis hoc aut illud dixerit: uel contra eos aliquid depoſuerit: grauiter & ipſi ſi cõtrafecerint puniendi. ¶ Vltimo cõuocent in capitulo prælatum cũ cęteris fratribus & cõmiſſis: quos breuiter exhortentur ad mutuã charitatẽ & pacẽ: nec non obedientiã & reuerentiã Prælati/&c. ut ſupra. Et ſi qd uoluerint monere uel corrigere: id faciãt cũ oĩ humanitate & charitate: & uale facientes: ꝓ ſe orari petant: & in pace dimittant. ¶ Licentiæ uero datæ a prædictis nullius ſint ualoris & momenti: nec eis ulla fides adhibeatur: niſi ſint in ſcriptis cum affixione ſigilli. Pax. ut in declaratiõe capituli de ordine congregationis plenius cõtinetur.

¶ De amotione & electione Pręſidẽtis: uiſitatorꝫ & aliorꝫ p̃latorꝫ extra tp̃s capituli gñalis: & de dietis ſiue cõgregationibus intra annũ cõuocãdis.

Cap̃. iii.

PRæſidẽs aut aliquis uiſitator ſi (quod deus auertat) hæreticus/ſchiſmaticus: aut manifeſtus & uoluntarius pręuaricator: & cõtẽptor regulę Sctiſſi-

mi Patris nostri Benedicti: aut cõstitutionum nrẹ cõgregationis: aut adeo negligens & remissus repertus fuerit: q̃ ipsius prẹuaricatione uel negligẽtia destructio religionis: bonoꝝ morũ: uel obseruantiæ regularis dissolutio: seu scãdalum inducatur: moneatur usq̃ quater a uisitatoribus ut se corrigat. Et si se nõ emendauerit: moneat̃ ut cedat officio: si cedere recusauerit: clarescẽtibus culpis addantur præfatis uisitatoribus quinq̃ Patres uiciniores Præsidenti: si is fuerit præsidens: uel duo tãtum: si fuerit uisitator. Quorum iudicio si due partes consenserint: & periculum esset expectare usq̃ ad capitulum cã cognita ab officio absoluat̃. ¶ Si uero Prẹlatus tantum: & nõ uisitator ob culpas suas amouendus fuerit prẹcedente admonitione congrua: de cõi Prẹsidentis & uisitatorum uel maioris partis ipsorum consensu: absolui poterit: etiam citra causæ cognitionem: puta si eis constaret de excessibus uel defectibus Prælati. ¶ Id ipsum fieri poterit: si pro aliquo bono congregationis: uel ut instituatur in alio loco nouiter acceptãdo uel iam acceptato: duxerint amouendum.
¶ Caueant tñ Patres & diligenter aduertant qd̃ huiusmodi mutationes nõ faciant: nisi urgens cã ita exigat: aut manifestum periculum immineat: si usq̃ ad capitulum expectaretur. ¶ Vt periculis uero quæ tempore uacationis monasteriorum facile euenire possent celerius aptiusq̃ occurratur.

Quia ex priuilegiis apostolicis tempore huius uacationis sine authoritate Præsidentis nulla prouisio fieri põt: Ordinamus quod quãdocũq; & quomodocunq; officium Præsidentis uacare contigerit: antiquior uisitator: qui secũdum priuilegia & ordinationes nostras esse possit: ipso facto remaneat & sit Præsidẽs: omniaq; pagere possit: & omnem habeat authoritatẽ: ac si in capitulo generali Præsidẽs electus fuisset: cæteris in anterioribus constitutionibus contentis in suo robore permanentibus. ¶ Ob nimiam uero locorum distantiã: ne propter hoc congregationi dispendium aliqd generetur: ab huiusmodi Præsidentis successiõe: uisitatores prouinciæ Siciliæ exclusos esse decernimus. ¶ Et similiter a congregationibus seu dietis: quas in Italia intra annum per regimẽ celebrari contigerit. Et generaliter ubicunq; de certo numero uisitatorum congregando agitur: prædicti Siciliæ uisitatores propter distantiam & difficultatem eos conuocandi exclusi similiter intelligantur. ¶ Visitator uero si aliqua ex prædictis causis amotus fuerit accedente consensu Præsidentis & cæterorum uisitatorum uel minoris partis ipsorum: & duorum etiam Prælatorum ut supra uocatorum: alius in eadem prouincia eligatur.
¶ Prælato uero quauis causa absoluto: uel si decesserit: de Præsidentis / & maioris partis consensu Visitatorum: alius cum Domini

timore euitata q̃ fieri potest aliorum Prælatorum mutatione eligat: & ut citius monasterio pastore destituto prouideri possit: uolumꝰ huiusmodi uacantium monasteriorum tempore ac mandamus conuentibus eorum: quatenus omnes adhibeant sollicitudinem: grauius si negligentes fuerint puniendi: ut eiusmodi causam uacatiōis celerius notam faciant Præsidenti: aut si is unde monasteriū uacare contigerit Præsidens fuerit uisitatori: qui omni mora postposita/cęteros omnes uisitatores ubi decreuerit conuocet. Quos si intra. xy. dies: uel plus uel minus: sicut pater Præsidens iudicauerit expedire: postq̃ id cognouerit: adesse nō posse perpenderit: ne ex longa uacatione periculum occurrat: Ordinamus ꝙ tot Prælatos quot desūt uisitatores: suo & congregatorum uisitatorꝝ iudicio eligendos aduocet & monasterio prouideat. Præfatorum autem Præsidentis uisitatorum/aut Prælatorum nullatenus admittat̃ renunciatio/nisi ex legitima causa & totius regiminis accedente consensu supplendo uocem alicuius Prælati ubi uox regiminis ulla deesset. ¶ Aduertant aūt ꝙ si quando ꝑ huiusmodi & similibus congregationem aliquam fieri contigerit non sint nisi septem cōputatis oibus/ ut totū regimē repsentent. ¶ In quibus qdem congregationibus in omnibus expediendis/& quæ tractari contigerit/nihil cēseat̃ conclusum/nisi ex tribus partibus duę consentiāt

in qua

in qua quidem congregatione tantum septem interſint. ¶ Quæ quidem ordinatio in omnibus ꝓuiſionibus: quas intra annum fieri contigerit inuiolabiliter obſeruetur: excepto ſi (quod deꝰauertat) Præſidẽtẽ aut uiſitatorem intra annũ amoueri neceſſe fuerit: in quo caſu antiqua: quę ſupra in eodem capitulo poſita eſt ſeruabitur ordinatio. ¶ Et quoties contigerit per patrem Pręſidentem pro alicuius monaſterii uel Prælati prouiſione intra annum congregationem aliquam: ſeu regimen conuocari: ut electio ſit libera/legitima/& iuridica: & quia in ſpecie huic uel illi monaſterio/melius q̃ in genere prouidetur: poſſint patres cõuocati eriam alios nominare: quibus in cedulam redactis balotentur omnes ſecundum profeſſionis ordinem: ita tamen /ut primo balotentur habilitati a diffinitoribus. Et qui plures uoces habuerit: dummodo duæ partes congregatorum patrum in eum conuenerint: cæteris præferatur. In uocum autem paritate: profeſſione ſuperior præponatur. Et non ſolum in prædictis: ſed etiam in quibuſcunq; aliis: de quibus per patrem Præſidẽtem: in congregatione aliqua tractari contigerit: teneatur iple Præſidens & debeat: quæcunq; proponere. ſuper quibus ab aliquo congregatorum patrum fuerit reqſitus. ¶ Nullus aũt fratrũ noſtrorum tempore huiuſmodi congregationis pręf

sumat aliqua prætensa occasione uenire illuc uel ad loca circũuicina non uocatus sub eadem pœna qua supra puniant huinsmodi ueniẽtes ad capl'm non uocati. Si uero ꝑlatus fuerit / uoce actiua & passiua in electione diffinitor ꝓxime futura carebat. ¶ Ne uero ex hmõi uacatiõibus monasteriis nr̃is dispendiũ aliqd̃ ꝑsertim in spũalibus euenire queat/statuimus ut de cætero in locis sic uacantibus/q̃ uices Prelati gerunt in ipsis monasteriis authoritatem habeant in spũalibus tm̃/quã dum uiueret aut ꝑsens aderat Prælatus / habebat. Idem quoq; censemus cũ ꝑlati ad capl'm accesserint generale/quam authoritatem in ꝑdictis tantũ duobus casibus uices ꝑlator gerẽtes habere uolumꝰ usq; ad accessum instituendi ꝑlati ad monasteriũ uel sic instituti/nouam dispositionẽ. etiam si talis uices gerens interea mutatus fuerit. Sed & ipsi ꝑlati ne qn̄ ꝓpter eor absentiam/monasteria detrimenta incurrant maxime in spũalibus/constitutis in monasteriis suis officialibus/ Prioribus Claustralibus/uel q̃bus maluerint authoritatem : qua fungi uelint: si eos abesse contingat/tam sup casibus reseruatis erga fratres/q̃ erga confessiões secularium: & reliqua sicut opportunum fuerit declarẽt. ¶ Cellerarii uero & alii fratres qui temporalia administrant prædictis temporibus/ad ipos ut præmisimus/uicem Prælatorum gerẽtes recur

rant/& obedientes sint/consilioq; & uolũtate eo rum cuncta faciant & disponant.

¶ De monachorꝫ & aliorꝫ fratrum mutatione. Cap. iiii.

SIcut Prælatorꝫ ita & fratrum nostræ congregatio nis discreta mutatio/plerunq; utilis & necessaria est: attenta prelertim uniuersali unitate totiꝰ cor poris congregationis. Fit enim ut cum de mona/ sterio ad monasteriũ transferunt/ charitas pluri/ mum augeat & affectio cõmunior fiat. Dũ multa monasteria unũ corpus congregatiõis esse/chari/ tate hoc efficiente/experiunt. ¶ Si qñ ergo etiã extra tempus capli fratrẽ aliquẽ ipso ẽt uel ꝑlato suo inuito: prẽs regiminis ad aliud monasterium trãsferendũ/& ad ibi cõmorandũ mãdauerint/eis omnino parẽdũ cẽsemus: similiter si in uisitatiõe aut ẽt post uisitationẽ monasterii alicuius uisita/ tores id agendũ iudicauerint: uolumꝰ ut eis obe/ diat/ut supra ꝓxime ꝑcedẽti capl'o. Si aũt necessa ria & legitima cã subsistẽte utputa ꝑ monasteriõ reformãdo infirmitate supueniẽte: uel supuentu/ ra: si citius mutatio aeris non succurrat/uel ꝑ eui/ tando scandalo & similibus: Præsidens & duo illi us monasterii uisitatores/fratrem mutandum mã dauerint/etiam inuitis Prælatis mittente & reci/ piẽte ac ẽt ipso fratre/eis obediendum mandamꝰ.

De monachorꝫ & aliorꝫ frꝶum mutatiõe.

¶ Vrgente uero causa arduę necessitatis: uel ubi periculum esset in mora mãdãte tantũ uno illius monasterii uisitatore omnino pareatur. ¶ Prædicta aũt usqꝫ ad capitulum mãdari tantũ debeant. & sic obedientia exhibenda: quo tpe uel cõfirmabitur mutatio uel reuocabit̃. ¶ Vbi aũt necessitas aut manifesta utilitas requireret: possint Prælati inuicem transmittere fratres ac etiã stabilire: dũmodo cõcorditer fiat: & cum uoluntate fratris mittendi adiuncta tamẽ Præsidentis licentia.

¶ At si quis frater intra annum ex manifesta causa periculi animæ uel corporis mutari petierit: uisitator ipsius monasterii habita informatione a Prelato dicti fratris: & si cõmode fieri poterit etiã seniorꝫ: & medici ubi de corporis periculo agit̃: si uera reppererit: & bonũ esse iudicauerit: fratri cõsentiat: & prouideat de monasterio idoneo: cuius iudicio omnino parendum erit. ¶ Si aũt prędictę causæ nõ aderint: ne occasio detur sponte uagãdi: maxime si faciliter & importune: aut cum scãdalo aliorum fratrum seu monasteriorum impedimento licentia requiratur: quia tunc eiusmodi mutatio tam ipsis fratribus q̃ monasteriis: experientia magistra ut plurimum noscitur esse damnosa: ei licentia minime concedatur. Quod si iterum adiecerit petere & sua importunitate licentiam extorserit: in monasterio: ad quod trãsibit: per annum:

computandum a die qua illud ingreditur: uoce actiua & passiua in capitulis generalibus & particularibus omnino carebit: & per biennium in dicto monasterio ad officium seniorum/nisi per capitulum generale cum eo fuerit dispensatum/ nõ poterit assumi: ut ex hoc eius comprobetur humilitas: & ædificentur qui fuerant scandalizati: fiat tamen hoc ultimum de consensu Prælati/ ad quẽ mittitur. ¶ Ordinamus insuper ꝙ nullus uisitatorum/etiam si Præsidens fuerit: authoritate officii sui aut alio quouis modo possit aliquem fratrem de aliquo monasterio nostræ congregationis/auferre/& eum in monasterio sibi commisso deputare: sed si aliqua indigebit fratrum prouisione duo alii uisitatores aut Præsidens cum uno uisitatore huiusmodi sibi faciat prouisionem. ¶ In congregationibus autem quæ fiunt intra annum hortamur patres/ne fiant mutationes fratrum/nisi in casu alicuius necessariæ prouisionis/ sed reseruẽtur capitulo generali/seu uisitatoribus in actu uisitationis: quia tũc melior notitia dictorum fratrum & causarum haberi poterit.

¶ De expensis faciendis in mutationibus fratrum. Capꝶ.y.

QVando fit mutatio alicuius fratris de monasterio ad monasteriũ: aut dicta mutatio cedit ad cõ-

De expẽſis faciẽdis in mutationibus frũm.

modum monaſterii de quo mittit/aut monaſterii ad quod mittit/aut utrorũq;. In primo caſu oẽs expenſæ neceſſario faciẽdæ in itinere occaſiõe dictæ mutatiõis ſpectabũt ad monaſterium/de quo mittit. In ſcdo ad monaſteriũ ad qd mittit. In tertio caſu expẽſæ utriſq; monaſteriis cõmunes erũt Si aũt in dubiũ uerteret an mittẽtis/an recipiẽtis monaſteriũ ex tali mutatione cõmodũ recipiat: ſtet arbitrio diffinitorꝝ/aut Præſidẽtis intra annũ uel alicuius uiſitatoris. Si uero alicuius grauis infirmitatis cauſa/aliq̃s frater mutaret de monaſterio ad monaſterium/ultra expenſas itineris monaſteriũ de quo mittit ꝓuideat monaſterio ad quod mittit ẽt de expẽſis faciẽdis occaſiõe infirmitatis dicti fratris/arbitrio diffinitorꝝ/aut Præſidẽtis/& duorꝝ uiſitatorꝝ intra annũ/uel ſaltẽ duorꝝ ipſorꝝ: q̃ cõmodius haberi poterũt/ſi opus fuerit. Ceterꝝ ſi cõtingat aliquẽ fratrem eſſe adeo incorrigibilẽ & ſcandaloſum(qd deus auertat)q̃ in ꝓprio monaſterio ꝓpter ſcandalũ aut legitimã cãm in domo cuſtodiæ recludi ſeu puniri ñ poſſit: ſed ĩ alio monaſterio eſſet recludendus/in hoc caſu monaſteriũ de quo mittit ultra expenſas itineris ꝓuideat monaſterio/ad qd eſt miſſus ẽt de ſibi neceſſariis. Cẽſemus. n. ſufficere/q̃ monaſteriũ ad qd tales/ut p̃mittit/ĩfirmi & ſcãdaloſi mittunt ip̃ orꝝ incõmoditate grauet abſq; hoc q̃ etiam eis de neceſſitatibus prouideat.

¶De fratribus mittendis ad sanctum Paulum. Cap̃.vi.

ET quia omnis regula patit̃ exceptionem/ & non egent sani medico: consideratis infirmitatibus in quas sæpissime fratres nr̃i sancti Pauli de urbe incidere consueuerunt pp aeris intemperiem: ut fratres illuc mittẽdi alacrius pergant/quo sibi humanius prouideri senserint: ordinamus & concedimꝰ q̃ fratrum taliter mutandorum per diffinitores ita fiat distributio/q̃ omnia monasteria equaliter suum sustineant grauamen iuxta monasteriorum qualitatem & conuentuum numerositatem & paucitatem. ¶ Cæterum ne pro sumptibꝰ itineris fratrum taliter mutandorum ulla oriatur contentio uel differentia non obstantibus constitutionibus alias sup eiusmodi sumptibus ob mutationes fratrum editis/q̃bus in hac tm̃ pte derogamus. Ordinamus q̃ amodo sumptus fratrum eũtium ad sanctum Paulũ p dimidia pte soluant̃ p monasteria unde dicti fratres mittunt̃/& pro alia dimidia per monasterium sancti Pauli/ad qd̃ mittuntur. Pro redeũtibus uero a sancto Paulo/siquidem ipsi fratres fuerint infirmi sumptus in itinere faciendos soluat ipsum monasterium sancti Pauli/si uero sani fuerint tunc p medietate ipsos sumptus faciãt monasteria/ad quæ fratres redeunt/& pro alia medietate monasteriũ sci Pauli. ¶ Quocirca saluti p̃

dictorum fratrum conſulere cupientes mādamus omnibus & ſingulis Prælatis de quorum monaſteriis fratres ipſi aſſumentur: ut ipſos ad prædictum monaſterium ſancti Pauli non mittant: niſi tranſacto menſe ſeptembris. ℭ Ipſi uero fratres interim cum omni humilitate pareant & obediant dictis prælatis perinde ac ſi conuentuales eſſent illorum monaſteriorum. Præmoneāt autem Prælati præfatos fratres: ut diſcedentes a monaſteriis ſuis tempore congruo: recto tramite: non giroua gantes romam proficiſcantur: grauiter: ſi ſecus fecerint: puniendi. ℭ Qui ſi equos duxerint de ueſtimentorum ſuorum pecuniis emptos: aut aliunde habitos ſeu acquiſitos: mox ut applicuerint ad monaſterium: ſicut omnem pecuniam: ita etiam præfatos equos Prælato aut ſuperiori cōſignent: in quorum poteſtate erit prædictos equos: aut p neceſſitate monaſterii retinere: aut ſi maluerint ipſos uenundare. ℭ Teneatur etiam Prælatus tranſmittere fratres ſancti Pauli pro ſanitate ſeruanda extra monaſteriū: ilico celebrata feſtiuitate Apoſtolorū Petri & Pauli: uel Tibur: uel Sublacum: & non ad caſtella: & reuertantur ad monaſterium circa medium octobris.

ℭ Inſuper ne monaſterium præfatum in expenſis extraordinariis grauetur: uolumus: ut qui ad urbem pro cauſis ſollicitandis acceſſerint: teneātur releuare monaſterium prædictum de carlenis de

cem in menſe pro qualibet perſona: & totidem p iumento: excipiendo tamen a prædictis perſonã patris Præſidentis & aliorum patrum: qui pro utilitate & negotiis congregationis ad curiam acceſſerint. ¶ Cum autem ad aures noſtras peruenerit mutatos a ſancto Paulo: multa ſecum ſuperflua tranſportare: iccirco imponimus mutatis a prædicto monaſterio ſub pœna degradationis anteq̃ diſcedant: ſuas ſarcinulas abbati uel ſuperiori oſtendant: & cum primum ad monaſteria ſua applicuerint: ſarcinulas dictas Prælato ſuo præſentent cum effectu: & omnia ſuperflua eis auferantur: ut ſic indemnitari monaſterii ſancti Pauli prouideatur: & omnis proprietatis occaſio a fratribus noſtris penitus amputetur.

¶ In fauorem quoq; Vaſſallorum monaſterii ſancti Pauli de urbe: ne cum graui ſuo diſpendio & incommodo pro leuibus cauſis neceſſe habeant uenire: aut mittere ad capitulum generale: tanq̃ pii Patres: filiorum indemnitati: expenſis & laboribus conſulentes: ſtatuimus & ordinamus: ut ad uenerabilẽ Patrẽ Abbatem Sancti Pauli immediate dominum & ſuperiorem ſuum: qui pro tẽpore fuerit: ſemper ut decet/ recurſum habeant.

¶ Cui eo magis pręfatos ei⁹ Vaſſallos: & enixius commendamus: quo fideliores in dies & magis deuotos nobis & eidem monaſterio effici experimur. ¶ Quod ſi qua magis ardua emerſerint: aut

in aliquo a præfato Abbate se læsos/aut grauatos senserint:recursum inde ad Patres uisitatores pro tempore existentes habeant.

¶ Quibus/quando monasterium sancti Pauli uisitant / ut etiam oppida eiusdem monasterii uisitent:imponimus: & quantum ad hoc uices diffinitorii nostras committimus. Querelas & differentias: pro quibus ad capitulum uenturi essent: audiant:decidant: & summarie iusticiã ministrẽt.

¶ Quæ omnia ut commodius in prædictorum Vassallorum beneficium & quietem exequi ualeant:Nazanum se transferant uisitatores præfati & singulis oppidis pręsentiam suam significare teneantur: eamq; ibi moram trahere quam pro necessitate prædictorum ad effectum huius constitutionis nostræ iudicauerint expedire.

¶ De monasteriis nouiter acceptandis. Cap̃. vii.

NE facilitate qualibet sed mature & circũspecte in acceptandis monasteriis procedatur. Volumus quod generale capitulum: ad quod solum huiusmodi acceptationes pertinere decernimus/primo attendat cum de acceptando monasterio aliquo tractatur si reformatis congregationis monasteriis sufficienter supersint patres & fratres/qui sufficiant reformationi nouiter acceptandi monasterii. ¶ Qui si reperti fuerint:mittantur duo gra

ues & experti Patres: ad uidendum præfatum mo
nasterium: & inquirendum si habet conditiones:
quæ requiruntur ad regularem obseruantiā: uideli-
cet. q; sit in bono aere & situ spatioso: solitario: &
nō tumultuoso: & si in ciuitate uel extra ciuitatē:
prope miliare uel circa: ut non inquietetur bellorū
tumultibus: nec grauentur fratres ex itineris lōgi
tudine: & in loco ubi nō possint fieri turres & pro
pugnacula: si sit sine cura animarū & habeat offi-
cinas utiles & necessarias ad regularem obseruan
tiam: uel q; faciliter reduci possit: si hēat libros: pa
ramēta: calices: & cætera necessaria ad diuinū cul
tum: si habeat possessiōes siue redditus pecuniarū
in loco tuto & pacifico: quæ sufficiant pro sexde-
cim personis & aliis monasterii oneribus suppor-
tandis: q; non sit debitis aggrauatū: & si qua sunt
huiusmodi. ¶ Quæ omnia diligēter discussa fide
liter referant capitulo/seu regimini/aut aliter put
capitulum decreuerit. ¶ Quod si omnibus supra
dictis cōditionibus quas pro maiori parte Præfa-
tum monasterium habere uolumus consideratis:
ac etiam si monasterium sit in ciuitate pacifica ubi
uerisimiler speratur aiarū fructus: decreuerint ac
ceptandū: nō pri⁹ mittātur fratres ad dictum mo
nasterium: nisi unitum fuerit congregationi per
bullas Apostolicas: & nisi officinæ & mansiones
fratrum antea fuerint competenter reparatæ.
¶ Aut si cōtigerit tale mōasteriū habere Abbatē

siue cõmẽdatariũ/q nollet titulo renũtiare: tunc in eo casu per cessum uel decessum poterunt fieri pacta & conuentiones cum Prælato prædicto: prout melius & utilius pro congregatiõe uidebit expedire/quæ in publicam formã redactæ eo ipso confirmationis aplicæ sunt robore suffulta: ut patet per priuilegia sanctæ memoriæ Eugeniipapę quarti sub data. 1432. nono kalẽdas Decẽbr. §. Ad diciẽtes. Et Alexandri sexti sub data. 1501. kalẽdis Aprilis. §. Ac etiam Præsidentiæ. Quæ priuilegia inspiciant. Quo facto ꝓuideant de Prælato/seniorib⁹/& sufficienti conuentu iuxta conditionem monasterii. ¶ Q d si capło generali uidebit huiusmodi reformationem intra annum fieri debere/committãt regimini iuxta prædictam formã Quotiens autem intra annum tractandum esset de reformatione alicuius monasterii ex eo ꝙ periculosa esset dilatio usque ad capituli tempus: habeatur recursus ad Præsidentem. Q ui si una cum uisitatoribus & aliis Prælatis/ut supra in capitulo tertio: de amotione Præsidentis: de communi consensu iudicauerint huiusmodi acceptationem esse utilem & necessariam nrę cõgregatõi mittãt duos idoneos patres ad inqrendũ de monasterii conditionibus iuxta omnia supradicta: & referant capło proxime futuro: si differri poterit si autem ꝑiculum esset in mora: ut prædictum est

tunc

tunc per ipsos Patres tale monasterium acceptet: maxime si tale esset monasterium: cuius reformatio cederet euidenter in magnum congregationis cōmodum & augmentum. ¶ Aduertant tamē regimen & Patres mittendi ad inuestigādas monasterii conditiones: ne aliquid promittant aut se obligent uerbis alicui: sed omnia referant capitulo uel regimini terminanda: ut supra.

¶ Cæterum strictius inhibemus: ne aliquo dex nostræ congregationis monasteriis dimittat: aut ab ipsa cōgregatione alienet: nisi ex quatuor tres partes omniū fratrum: qui habēt uocē in capitulo generali cōsentiant. Hoc tñ nō intelligimus qn in casu pmutationis id fieri possit: scilicet si dimittatur unū: ut in eadē diocesi & aliud acceptetur.

¶ Si uero de aliquo monasterio monialiū sub cura congregationis aut particularis monasterii nostri acceptando tractabit quod quātum possibile erit: omnino est euitandum: nisi de consensu duarum partium prælatorum totius congregatiōis q capitulo generali intererunt: etiam ad uisitationē tantum acceptari non possit.

¶ Quō subsidia celebrent p fratribus defunctis. Cap. viii.

CVm quis monachus: cōmissus uel nouitius peracto cursu huius labilis & erumnosæ uitæ spiritum

Quō ſubſidia celebrent p frib⁹ defunctis.

dOmino creatori ſuo reddiderit: ut charitas uiuenti exhibita etiam defuncto ſeruetur: Volumus ut in loco ubi frater in domino requieuerit: uel ſepulturæ traditus fuerit: officium totum perſoluatur ſecundum rubricam Romanæ curiæ in die funeris. Cantetur etiam miſſa ſolenniter ſi fieri poteſt & tempus permiſerit: alias ſequenti die. Die quoque ſeptimo: trigeſimo & anniuerſario depoſitionis ſemel tantum miſſa conuentualiter celebretur cum reſponſorio. Libera me domine: cum uerſibus ſuis & oratione in fine: ſicut moris eſt.

¶ Pater uero monaſterii ipſius: in quo defunctus eſt frater: ſcribat cæteris patribus congregatiōis notificādo diem dormitionis in domino: & nomen fratris defuncti omnino: nec præter mittatur ex negligentia: prout nōnulli faciunt: in detrimentum animæ ſuæ & proximi defuncti.

¶ Qui patres habita notitia fratribus denunciēt artius eis animam fratris ipſius defuncti commendando. Et quāprimum fieri poterit ſinguli in ſuis monaſteriis conuentualiter celebrari faciant miſſam pro defuncto fratre aut pluribus. Sicut nuntiatum eis fuerit.

¶ Et quia olim ſacerdotes triginta miſſas p quolibet defuncto fratre dicere tenebantur: quia nūc deo propitio tantum creuit congregatio noſtra: & cōſequenter quolibet anno numerus defunctorum / ad tollēdum ſcrupulum de mentibus fratrū

declarantes ordinamus: ut ſacerdotes ſinguli in triginta miſſis ad participationem tantum huiuſmodi defunctos admittant: memoriamq; faciant expreſſe uel ſecrete: ubi ſolennitas diei non pateretur huiuſmodi commemorationem fieri: cæteri autem monachi & commiſſi in ſuis officiis mortuorum uſq; ad triginta dies idem faciant.

¶ In monaſterio tamen in quo aliquis requieuerit frater dicantur triginta miſſæ pro animæ eius remedio: quarum diſtribuendarum cura ſit ſacriſtæ eiuſdem monaſterii.

¶ Et quia poſt precum emiſſionem ad extinguendos purgatorii cruciatus multum confert elemoſina: Ordinamus: quatenus in mōaſterio: in quo frater deceſſit ponantur quotidie in loco: ubi ſedere ſolitus erat ad menſam in refectorio: omnes cibi & uinum: ſicut ſingulis fratribus datur: ac ſi uiueret: quæ poſtmodum dentur in elemoſinam ꝑ anima fratris defuncti alicui pauperi: uel pluribus: aut tantundem: ſicut ſuperior ordinauerit uſq; ad triginta dies. Nulluſq; ſedeat in loco illo: ſed uacuo remanente apponatur crux parua lignea ſuper menſam iuxta locum uacuum in memoriam defuncti: ut fratres memoria mortis compuncti: & pro fratre feruentius orent: & ad perfectius uiuendum excitentur. Ordinamus inſuper: quod ſingulis annis in ſolutione capituli generalis imponantur triginta miſſæ ꝑ quolibet

Quō ſubſidia celebrent ꝑ fratribꝰ defūctis. monaſteriorum noſtrorum ꝑ habentibus litteras gratioſas: qui illo forte anno deceſſerint: quas q̃dem miſſas ꝑ unoquoq; monaſteriorum noſtrorum ſufficere uolumus ad debiti noſtri & dictarū lr̃arum gratioſarum ſatiſfactionem. ¶ Charitatis etiam affectum erga fratres congregatiōis noſtræ exercere uolētes uniuerſos parentes / fratres & ſorores fratrum noſtrorum præſentium & futurorum ad participationem omnium bonorum: quæ in noſtra fiunt & fient congregatione: quēadmodum illis fit: quibus litteræ gratioſæ concedunturadmittimus. Prohibentes ne quis de cætero pro prædictis litteras gratioſas requirat.

¶ Et ſciendum q̃. S. D. noſter Leo decimus conceſſit / q̃ omnes ſacerdotes cōgregationis noſtrę qui ſuper altare ſanctiſſimi patris noſtri Benedicti in monaſterio Caſinēſi: uel ſuper altare ſanctæ Iuſtinæ in monaſterio ſuo paduano celebrauerīt tres miſſas pro anima cuiuſcunq; fratris defuncti ſiue patris / matris / fratris / uel ſororis alicuius ipōrum fratrum: impetrabunt & obtinebunt illis plenam remiſſionem omnium pœnarum eis in purgatorio debitarum. Et hæc gratia durat in perpetuum: quæ data fuit ut ſupra uiuę uocis oraculo: & quantum ſe plenitudo apoſtolicæ poteſtatis extendit: quam gratiam idem ſummus Pontifex ad affines noſtros: & ad omnes benefactores con

gregaꝶ

gregationis deuotos & beniuolos prorogauit.
¶ Idem quoq; summus Pontifex concessit ut quicunq; ex monachis dictæ congregationis in altari sancti Seuerini de Neapoli: uel in altari/qd̃ dedicatũ est sanctissimo patri nr̃o Benedicto in monasterio sancti Saluatoris Papiẽsis unã missam ꝑ defuncto monacho cõmisso uel oblato/& pro affine monachorum dictæ congregationis usq; ad secundum gradum inclusiue celebrauerit liberationem illius animæ a purgatorio/pro qua missa celebrata fuerit consequi mereatur in omnibus & per omnia/perinde ac si in altaribus sanctorum Gregorii uel Sebastiani quæ sunt Romę celebrasset / omniaq; illa fecisset / quæ ad liberationem huiusmodi essent opportuna: & hoc uiuæ uocis oraculo.

¶ De anniuersariis ꝑpetuo celebrandis. Capitulum. ix.

NE tantorum bonorum inerti obliuione memoria sopiatur quanta per summum diuinæ memoriæ Eugenium quartum huic congregationi nostræ gratiis/priuilegiis/beneficiisq; innumeris collata sunt: ꝑ quæ non modo stabilita uerũ ẽt plurimum augmẽtata existit irreuocabili edicto statuimus ꝑ omnia nostræ congregatiõis monasteria p̃sentia & futura singulis annis die, xxiii, Februarii,

De anniuersariis ꝑpetuo celebrandis

anniuersarium conuentualiter celebrari ꝓ eiusdē Eugenii summi placida requie. ¶ Aliud consimiliter eadem firmitate celebrari statuimus die. xix. Septēbris ꝓ felici requie Reuereñ. pris nostri Ludouici Barbo/primi fundatoris huius nræ cōgregatiōis ac præcipui directoris institutorisq;/quondam Abbatis sanctæ Iustinæ Paduanæ/ ac deide ꝓ firmiori stabilitate ꝑfatę cōgregationis in ep̄m Taruisinū assumpti. ¶ Fiāt ꝑterea annuatim tria anniuersaria cōuentualiter unum ꝓ oibus fratribus nræ congregationis: aliud ꝓ benefactoribus nostris defunctis: tertium uero pro benefactoribus uiuis dicēdo missam ꝓ peccatis: quæ anniuersaria celebrent ꝓ monasteria nostræ congregationis post primā diem Septēbris diebus/qbus habilius celebrari poterūt. ¶ Quoniā insup Reuerē. dominus Guido de Gonzaga/ dū ageret in humanis præcipuus benefactor nræ congregationis extitit: & presertim monasteriorum sancti Bēdicti: sanctæ Instinæ: sanctæ Mariæ de Pratalea: sancti Georgii Martyris: sanctæ Euphemiæ Brixiensis: ac Abbatię Florentiæ: iccirco oibus & singulis ꝑfatis monasteriis singulis annis ꝓ animæ eius remedio ad beneplacitum capli generalis anniuersarium depositionis eiusdem diem imponimus celebrandum: qui anniuersarius dies est decima Septembris.

Bulla Leonis decimi ꝑ celebrãdo capitulo.

1 Eo eꝗs seruus seruorum Dei: ad ꝑpetuã rei memoriã. Gregis dñici supna nobis dispõne cõmissi uiribus licet impares curã gerentes ad singulorꝝ fideliũ pia & religiosa collegia/in qbus militans xpi sponsa repsentat ecclesia nrãe meditatiõis aciẽ passim reflectimus: & q̃ ad illorꝝ quietẽ & fœlix regimen necessaria esse noscunt/ut nostræ ꝓuisionis ministerio uotiue succedãt/opem & operam impendimus efficaces ꝓut uarietate tẽporum & rerum qualitatibus bene perpensis in domino conspicimꝰ salubriter expediri. Sane multorꝝ fide digna relatio ad nostrũ deduxit auditum: ꝙ licet menasteriorꝝ & aliorum regularium locorum ac dilectorum filiorum monachorum congregationis Casinensis als sanctę Iustinę de Padua ordinis sancti Bñdicti numerꝰ (benedicente domino) auctus non mediocriter fuerit: tamẽ onus & cura eorum regiminis/qbus in plures personas/ per uicissitudinẽ gubernandi diuisis/congregatio prædicta/multorum rectorum adiuta præsidio / præseruari facilius possit a noxiis/ & maiora in spiritualibus & temporalibus susciperet incrementa/apud paucos & plerunq; diuersis inuicem succedẽtibus officiis/in ea dẽ congregatione grauatos longo tẽpore residẽt & perpetuitate quadam in illis non sine illius con

gregationis nota & quandoq; iactura: præ se ferre uidentur: Quare nos/qui etiam per multos ante annos: q̃ ad apostolatus apicem uocaremur: familiarem cum dictæ cõgregationis monachis habuimus consuetudinem: & ipsos ob eorum inter cæteros disciplinam monasticam ꝓfessores: uitæ sinceritatem: religionis zelum: & exemplares mores atq; uberes fructus: quos in agro domini ꝓducere nũq̃ desinũt singulari ꝓsuimus semper dilectiõe complexi: & ut celeberrimum illud monasterium Casineñ. dicti ordinis nullius diocesis: a quo dicta cõgregatio: mutata denoiatione antiqua: illustre sumpsit cognomen/& quod nos tunc cardinalatus honore fungentes: in cõmendam obtinebamus: eidem cõgregatiõi/ per eos/iuxta eoꝝ laudabiles ritus: & regularia institutia reformandum ꝑpetuo concedi curauimus: etiã mõ cõgregationẽ eandẽ: crescentibus in illius ꝑsonis quotidie meritis: in uisceribus gerimus charitatis. Desiderãtes sũmope: ut dicti monachi: sicuti in spũaliũ cultu sunt uita conspicui/& exemplo fructuosi: sic etiam in temporalium administratione/& totius regiminis ministerio ab omni ambitionis labe/ exhibeãt se ĩmunes: & rerũ gerẽdarũ cura/in plures frequẽter diuisa neminẽ abstrahat a studiis & meditationibus diuinorũ congregationem prefatos & illius singulares ꝑsonas/a qbus uis excõicationis suspẽsionis & interdicti/ aliisq; ecclesiasticis sententiis/

cœnſuris & pœnis a iure uel ab homine/quauis occaſione uel cauſa latis: ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt/ad effectũ p̃ſentium dũtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes: & abſolutos fore cenſentes/motu proprio non ad cõgregationẽ huiuſmodi aut alicuius pro eis oblatæ nobis ſuper hoc petitionis inſtantiã: ſed de noſtra deliberatiõe: & ex certa ſcientia auctoritate apoſtolica tenorem p̃ſentium dũmodo maioris partis Prælatorum habentium uocem in capitulo dictæ cõgregationis proxime celebrando: ante illius inchoationẽ ad infraſcripta expreſſus acceſſerit aſſenſus ſtatuimus & ordinamus ꝙ ex nunc de cætero in perpetuũ regiminis dictæ cõgregationis qui poſt bienniũ: & capituli qui poſt annũ: Præſidentes finitis eorꝫ officiis præſidentiæ huiuſmodi reſpectiue ad eadem officia eligi poterãt/ante quadriẽniũ a fine ipſorꝫ officiorꝫ cõputandũ lapſũ ad regimis aut capituli/quibus reſpectiue p̃fuerint/p̃ſidẽtiam aſſũmi nequeant. Idemq; Præſidẽs regiminis: cui ad uiſitationis officium nulla dabatur uacatio: uiſitationis cura careat per biennium a ſuæ p̃ſidẽtiæ fine cõputandũ: & tam Monachorꝫ dictę Congregationis q̃ ſub illorꝫ cura degentium pro tempore Monialium/ Viſitatoribus qui poſt annum nõ ꝓhibebantur in Viſitatores aſſumi/interdictum ante bienniũ ſit idem uiſitationis officium. Nec lice-

at cuiq̃ in diffinitoriat⁹ dictę congregationis offo
ultra bienniũ remanere: ſed debeat per integrum
uacare bienniũ anteq̃ diffinitor rurſum ualeat de-
putari. Et hæc locum ſibi uendicẽt tam quo ad fu-
turos q̃ ad eos qui ſuperioribus annis fuere habi-
ta ratione tpis: quo p̃eſſe deſtiterunt regiminis &
capituli Præſidentes & diffinitores/ac Monacho-
rum & Monialium Viſitatores cõgregationis hu
iuſmodi. ¶ Circa electiones aũt & ſcrutinia p̃ſona
rum ad p̃ſidentiæ capituli & diffinitoriat⁹ officia p̃
dicta aſſumendarũ: ut abſq; congregationis diſpẽ
dio maxime hoc primordio: & cũ eligentiũ liberta
te fidelius & tranquillius celebrent modum & for
mam ſequentes volumus obſeruari: in futuro gña
li capitulo preſentis anni: nomina diffinitorꝝ: q̃ in
pximo p̃ſenti capitulo fuerunt: quos nouem eſſe
intellexímus coniiciantur in pixidẽ & ex eis: ſi om
nes ibi adſint ſex alioquin tot minus/quot abſen-
tes fuerint uſq; ad ſex abſentibus in pñtibus com
putatis: ſorte ex dicta pixide trahãt: & hi tres quo
rum noĩa pixidem non exierint: uel ſi magis expe-
dire uidebit: omnes nouem uel quot ex eis p̃ſen-
tes erunt: ſcrutinio ſubiiciant & eorꝝ tres quibus
plura fuetint ſuffragia/una cum aliis ſex de nouo
eligendis ad idem diffinitoriat⁹ officium in electio
ne concurrant: & ſi electi fuerint ẽt diffinitores re
maneant futuro ãno dũtaxat: Sex uero reliq quos

ſors eduxerit uel ſuffragiorꝫ fauor depreſſerit: in diffinitores ea uice: & alio imediate ſequenti capitulo eligi nequeant: Idemq; ordo ſortis tamen uſu reiecto uigeat in futuris: ita ut ex nouem antecedentis anni diffinitoribus ſemper tres quos ſuffragiorꝫ fauor cæteris ante tulerit: ut p̃ferẽt cum ſex aliis de nouo eligendis pro aliorꝫ faciliori in rebus pro dicta congregatione gerendis inſtructiõe: ad ipſum diffinitoriat⁹ officiũ eligibiles ſint: ſed nullus in eo ultra bienniũ durare poſſit: & cum in ſequentibus capitulis de diffinitorꝫ electione agendum fuerit: nomina eorꝫ omnium: qui ea uice in diffinitores aſſumi poterũt: in urnam aut ſaccum mittantur: & deinde ſuper eorum ſingulis prout ex urna uel ſacco hmõi educent: ſcrutiniũ fiat per ſuffragia: nouem ipſorꝫ qui pluribus ſuffragiis adiuuabũt diffinitores ſint. Rurſus de ipſis nouem ſic tunc electis ad p̃ſidentis capituli officiũ ſcrutinium celebret: & ille ex eis p̃ſideat ea uice in quẽ plura conuenerint ſuffragia: & ſi in diffinitorꝫ uel p̃ſidẽtis capituli huiuſmodi electiõibus duos aut plures ſuffragiorꝫ numero pares eſſe contingat: ille alii uel aliis p̃feratur: quẽ cõſtiterit in profeſſionis emiſſione cæteris cum eo concurrentibus fuiſſe priorem ſuffragiaq; ipſa in p̃dictorꝫ præſidentis capituli & diffinitorꝫ electionibus: quæ ante hac per cedulas p̃ſtabunt per fabas ſiue balotas for

ma aut colore distinctas in pixide secrete mittendas de cætero ministrentur: decernentes præmissa omnia & singula debere ab omnibus modernis & pro tpe existentibus p̃sidentibus diffinitoribus uisitatoribus Abbatibus & aliis dictę congregationis monachis cõmissis & personis quibuscunqꝫ inuiolabiliter obseruari. Et eos qui sciẽter in aliquo contrauenerint: aut alios contrauenire malitiose ꝓcurauerint excõicationis latæ sentẽtiæ a qua nisi a Præsidente regiminis: p̃terq̃ in mortis articulo constituti absolui nequeant & inhabilitatis ad uocem actiuam & passiuã in dicto capitulo generali & ad dignitates gradus & administrationes in dicta congregatione pœnam quinquennio duraturam incurrere ipso facto. Eisdem quoqꝫ pœnis & censuris: eos qui circa diffinitorum electionem per se uel per alios directe uel indirecte quocunque tempore praticas fecerint: seu ab aliis praticati uel alias conscii: aut quomodolibet talium praticarum notitiam habentes: & ante non reuelantes ligari & inuolui. Nec non irritum & inane: quicquid secus super his a quocũqꝫ quauis auctoritate sciẽter uel ignorãter contigerit attentari ¶ Et ne cuiusuis ambiguitatis scrupulo salubrem Diffinitorum huiusmodi electionem Præsidẽtis præsentium executionem retardet: dilecto filio Ignatio Abbati dicti monasterii Casineñ, cui sup

præmissis omnibus aperuimus mẽtem nostram: & de quo in his & aliis/ specialẽ in domino fiduciam obtinemus: dubia quæcunq;/ quæ super præsentibus/ & eorum dispositione forsan emerserint interpretandi & declarandi/ non obstantibus cuiusuis litteris ẽt in forma breuis cũ qbusuis clausulis quas in futurũ a nobis emanare contigerit: nisi in illis totius tenor præsentium litterarum de uerbo ad uerbum insertus foret: motu & scientia similibus: plenam concedimus facultatem et nihilominus in uirtute sanctę obedientiæ per Apostolica scripta mãdantes quatenus ipse per se uel alium seu alios faciat pręsentes litteras ubi & quatenus ei expedire uidebitur solẽniter publicari: & contenta in eis firmiter obseruari. Cõtradictores quoq; per censuram & pœnæ prædictarum declaratiõem & alia quæuis opportuna remedia appellatione qualibet omnino postposita compelcendo. Non obstantibus fœlicis recordationis Bonifacii pp̃. viii. p̃decessoris nostri: qua cauetur: ne iudices a sede Apostolica deputati extra ciuitatẽ & diocesim: in quibus deputati fuerint: cõtra quoscunq; procedere: aut alii uel aliis uices suas cõmittere præsumant: & aliis constitutionibus & ordinationibus apostolicis ac statutis & consuetudinibus ordinis & congregationis prædictorꝫ iuramento cõfirmatione Apostolica / uel quauis firmitate alia roboratis: priuilegiis quoq; & indultis

apoſtolicis cum qbuſuis etiã derogatoriarum de-
rogatoriis/aliiſq; fortioribus efficacioribꝰ & inſo
litis clauſulis irritãtibuſq; decretis/ illis conceſſis
approbatis pluries inouatis/qbus alʒ in ſuo robo
re pmanſuris/inq̃tum pñtibus obſtãt motu & ſcia
ſimilibus ſpãliter exp̃ſſe derogamꝰ: cõtrariis qbuſ
cunq; aut ſi dictis p̃ſidentibus diffinitoribus & ui
ſitatoribus p tpe exiſtẽtibus: uel qbuſuis aliis cõi
ter uel diuiſim/ab eadẽ ſit ſede indultum/qd inter
dici/ſuſpẽdi/uel excõicari non poſſint p lr̃as apl̃i-
cas nõ faciẽtes plenã exp̃ſſam/ac de uerbo ad uer-
bũ de indulto hmõi mentionẽ. Nulli ergo hoĩum
liceat hãc paginã nr̃oꝝ abſolutõis/ſtatuti/ordina
tionis/ uolũtatis decreti/cõceſſiõis/mãdati & de-
rogationis infringere/uel ei auſu temerario cõtra
ire. Siq̃s aũt hoc attẽtare p̃ſumpſerit/ĩdignationẽ
oĩpotentis dei ac beatoꝝ Petri & Pauli apl̃oꝝ eiꝰ
ſic nouerit incurſurũ. Dat. Floren. anno incarna-
tionis dñicæ. M.D. XV. x. kal̃. Martii. Ponti.
noſtri anno tertio.

D. de Comitibus.

REGISTRVM.

a b c d e f g.

Quaterniones omnes p̃ter g q̃ eſt ternus.

IN NOMINE DOMINI NOſtri Ieſu Chriſti, Amen.

¶ Gratiæ & indulgentiæ a Sũmis Pontificibus noſtræ congregationi conceſſæ.

Ciendum eſt ad futuram rerũ memoriã: ꝓ
ſ ꝑter cõmunia priuilegia in religionis fauorẽ oĩbus religioſis gn̄aliter a iure conceſſa: præter ẽt gr̄as multas & maximas exẽptiõis & immunitatis in ſpecie cõgregatiõi noſtræ conceſſas ut patet ex priuilegiis tã ſanctę memoriæ Eugenii iiii. q̃ ẽt alioꝝ ſummoꝝ Pontificũ: multas quoq; alias gr̄as & cõceſſiones tã ꝑ breuia & ſimplices ſignaturas q̃ ẽt oraculo uiuæ uocis a pleriſq; ſummis Põtificibus ꝑ tẽpoꝝ ſucceſſiões centũ annorũ ſpatio conſecuti ſumus. Quas ſparſas & quaſi extra uagãtes hinc inde collectas in unũ hoc capitulum compegimus: quo ꝓceſſu tempoꝝ nõ perirẽt: & ſucceſſores noſtri frui poſſent hmõi ĩdultis: nec tanto ac tã memorabili theſauro fraudarẽtur: ſimul ut præſentes & futuri grati ſemper eſſent & deuoti erga ſummam ſedem apoſtolicam: quæ ſemper nos adeo dilexit: fouit: tutata eſt: tot q;& tantis gratiis proſecuta tam ob benignitatem ſuam & beniuolẽtiam ſingularem: q̃ ob merita quoq; & ſanctimoniam patrũ noſtrorum antiquoꝝ: qui ſudoribus & laboribus atq; induſtria

ſua ſanctam hanc congregationem fundauerunt erexerunt: ſtabilierunt. Quorum nos etiam aſſequi ueſtigia & aliorum nobis parta ſudoribus nõ tueri ſolum uerum etiam augere: & in dies multiplicare ualeamus: ut diebus noſtris hęc congregatio & merito & numero ad Dei omnipotentis laudem multorumq; profectum etiam in poſterum augeatur.

¶ Beatus igitur papa Eugenius: ſemper nobis & ubiq; ſumma cum gratitudine & ueneratione nominãdus p̃ter p̃dicta priuilegia: ut ſupra dictũ eſt hæc quoq; in primis congregatiõi conceſſit: quę quia multa continent capita eodẽ ordine ad uerbum infra explicabuntur.

